O. dei gracia Rex Boemie et Marchio Moravie fidelibus suis Richardo dicto de Damis, Castellano in Cladz, et Rudlino, provinciali Judici graciam suam et omne bonum. Quoniam fratres minores, quorum ordinem affectu mero complectimur et gracia prosequimur speciali, ut ex veridico relatu percepimus, in domo Cladcensi quorumdam hominum deum non timentium crebro ateruntur injuriis et insolentiis quaciuntur, Nos ipsorum condolentes incommodis eaque decernentes dignatione sedula propulsare, vestre fidelitati per tenorem presentium precipiendum statuimus et mandandum, quatenus nostre regie magestatis intuitu fratres eosdem in curam vestram debeatis assumere protegendos adversum perturbatores eorum, vos eisdem exhibentes salubre et efficax munimentum. Nec enim ambigimus, quin iidem fratres vestris industria et adminiculo suffragantibus in loco eodem, pulsis procul inquietatoribus, pacis et prosperitatis successibus valeant gratulari. At si postmodum fortassis aliqui per nos moniti et correpti, qui nec deum timent nec homines reverentur, non a predictorum fratrum gravaminibus desistere verebuntur, volumus quod ipsos nominatim nostre celsitudini vel viva voce vel in scriptis teneamini declarare. Quod si alter ex vobis hiis intendere non poterit, quovis suorum negociorum articulo irretitus, ea nichilominus reliquus exsequatur. Intelligentes preterea, quod sepefati fratres Minores per commendatorem Cruciferorum, plebanum Cladcensem, sepe acriter molestantur, dilectioni vestre precipimus nostre gracie sub obtentu, ut Commendatorem eundem jubeatis a temeritate hujusmodi resilire, quod fratres sepius iterati in loco memorato sicut et in Regni nostri Civitatibus reliquis quiete et tranquille domino famulentur. Si etenim nostre clemencie ex nunc de Commendatore eodem, plebano Cladcensi, fratres prehabiti fuerint querelati, ipsorum utique querelas et gra-

Bibl. Pubł. CZYTELNIA

vamina equo nequibimus animo tolerare. Datum aput Brunnam IX Kalendas Februarii anno domini M°CC°LXXVIII°.

Orig. Perg. im Staatsarchive zu Breslau (Minor. Glatz Nr. 11).

1278, August 26.

Auf dem Marchfelde bei Dürnkrut verliert König Ottokar den Sieg und das Leben im Kampfe gegen König Rudolph von Habsburg. Nach Ottokars Tode verwüstet Herzog Heinrich von Breslau Böhmen. (Herm. Altahens. Mon. Germ. XVII, S. 411.) Er macht auf Grund eines Erbvertrages [1]) mit Ottokar, der uns nicht mehr erhalten ist, auf welchen sich aber noch Karl IV. in der Incorporationsurkunde Schlesiens vom 9. Oct. 1355 beruft, Ansprüche auf die Grafschaft Glatz und besetzt diese. König Rudolph überläßt ihm auch dieselbe auf Lebenszeit.

Grünhagen, Schles. Reg. II, S. 240.

„Anno domini MCCLXXIX Henricus dux Slesie propter mortem Ottokari Regis civitatem Glacensem et castrum cum tota illa provincia possidendo vite sue temporibus occupavit. Nam vivente prefato Ottokaro inter eum et dictum ducem Slesie conceptum extitit dictum et tractatum, ut decedente duce predicto sine liberis masculis ducatus totus Slezie deberet ad Regem et Regnum Boemie devenire jure hereditario possidendus et viceversa post mortem Regis Ottokari prefatus dux Slezie Glacensem civitatem et provinciam obtineret easdem.“

Chronicon Pulkavae (Dobner, Mon. III, S. 240).

(Post interitum regis Otakari) facta est distractio regni Bohemiae et divisio iuxta placitum et voluntatem regis Rudolfi, electi Romanorum. Branburiensis marchio obtinuit Pragense castrum cum majori parte Bohemiae, dux Poloniae [Heinricus IV., dux Wratislaviensis] Kladsko provinciam, regina partem cum filio Wenceslao.

Continuator Cosmae (Fontes rer. Boh. II, S. 333). — cf. Palacky, Gesch. von Böhmen II, 1, S. 296.

Anfang 1279 (vielleicht noch 1278).

Herzog Heinrich von Breslau macht dem Markgrafen Otto dem Langen von Brandenburg die Vormundschaft über den hinterlassenen

[1]) In der Zeitschrift für Gesch. und Alterthum Schlesiens XVI, S. 87 bis 97 beweist Ulanowski, daß bezüglich des Erbvertrages in der Erzählung des Pulkava eine Verwechslung zwischen Heinrich IV. und Heinrich VI. stattfindet, welch letzterem König Johann das Glatzer Land unter der Bedingung überließ, daß nach seinem Ableben nicht allein Glatz, sondern auch das Breslauer Herzogthum an Böhmen heimfallen sollte.

Sohn Ottokars streitig, läßt sich aber schließlich dadurch gewinnen, daß ihm Otto nicht nur den Besitz der Grafschaft Glatz bestätigt, [1]) sondern auch seine Tochter Mathilde zur Gemahlin giebt.

Pulkawa bei Dobner, Mon. Boh. 239 und das Fragment in Stenzels Script. rer. Sil. II, 488. — Grünhagen, Schles. Reg. II, S. 244.

1280, Mai 8. Ottmachau.

Vier Bürger von Neisse verpflichten sich im Namen der Stadt dem Bischof Thomas 200 Mk. zu zahlen als Strafe dafür, daß sie ihn in einem Briefe „furiosus“ genannt haben. Unter den Bürgen erscheint Jacobus von Glatz.

Aus dem lib. niger des Domarchivs zu Breslau. Grünhagen, Schles. Reg. II, S. 254.

1283, April 4.

Heinrich IV., Herzog von Schlesien, verleiht gewisse Aecker bei Schweidnitz an 2 Bürger daselbst. Zeugen: ..... Heinrich Schenow de Apold, Burggraf von Glatz ....

Grünhagen, Regesten zur schles. Gesch. III, S. 29 aus dem ältesten Privilegienbuche des Schweidnitzer Stadtarchivs.

(1284.)

Der Breslauer Bischof Thomas klagt darüber, daß der Herzog Heinrich IV. schwere Steuern von den Unterthanen der Kirche im Ottmachauer Lande gefordert und sodann aus Veranlassung eines Kreuzzuges in das Land von Cladsco zum Zwecke der Eroberung des Schlosses eines Ritters, jedoch ohne dem ganzen Lande einen Zug angesagt zu haben, von des Bischofs Unterthanen, die überhaupt nur im eigenen Lande zur Vertheidigung zu dienen verpflichtet seien, nicht aber für das Königreich Böhmen, viel mehr erpreßt habe, als dieselben nach alter Gewohnheit zu leisten hätten.

Grünhagen, Regesten zur schles. Gesch. III, S. 40 (aus den Acta Thome des Stadtarchivs bei Stenzel, Bisthumsurk., S. 80—89).

1284, Juli 24. Glatz.

Heinrich, Herzog von Schlesien, Herr von Breslau, urkundet, daß Leonard, Sohn des Witego, allen Ansprüchen auf 2 Hufen zu Bela (Biehlow, Kr. Krossen) zu Gunsten des Klosters Leubus entsagt habe. Zeugen: .... Arnold, Komtur von Glatz.

Grünhagen, Regesten zur schles. Gesch. III, S. 50, aus einem Copialbuche von Leubus auf dem Staatsarchiv. (Nicht ganz unverdächtig!)

[1]) Die Nachricht Hajeks (zu den J. 1278—80), daß nach Ottokars Tode zunächst der polnische Herzog Boleslaus der Schamhaftige die Herrschaft Glatz sich angeeignet habe und daß erst nach seinem 1279 erfolgten Tode Herzog Heinrich in deren Besitz gelangt sei, ist offenbar falsch.

1287, Januar 10. Frankenstein.

Heinrich, erster Vogt zu Frankenstein, verkauft dem Kloster Kamenz drei Fleischbänke in vorgenannter Stadt.

Acta sunt hec in Frankenstein anno domini MCCLXXXVII° quarto Idus Januarii in presencia civium meorum et aliorum proborum virorum, quorum primus dominus Cunradus de Heseler miles Glacensis .....

Orig. Perg. im Staatsarchiv zu Breslau. (Cod. dipl. Sil. X, S. 35.)

1290.

Papst Nikolaus IV. ertheilt gewisse Ablässe für die Pfarrkirche zum hl. Bartholomäus in der Vorstadt von Wünschelburg.

Köglers Chroniken S. 470 (aus den Akten der Pfarrei Wünschelburg im Dekanatsarchiv).

1290.

Sic Henricus dux Wratislavie veneno intoxicatus a suis periit [1]) et rex Wenceslaus districtum Glacensem, quem post mortem Ottokari regis idem dux potenter occupaverat recuperans, principis defuncti exequias solempniter celebravit.

Chronicon Aulae Regiae (Dobner, Mon. V, p. 68).

1290, Juli 22.

Rudolf, römischer König, überweist die durch den Tod des Herzogs Heinrich von Breslau erledigten Lehen dem König Wenzel von Böhmen.

Datum Erfordie XI Kalendas Augusti anno domini MCCLXXXX indictione tercia, regni vero nostri anno septimo decimo.

Orig. Perg. im Staatsarchive zu Wien. Auf dem umgeschlagenen unteren Rande steht R. per Johannem de Glacz. (Grünhagen und Markgraf, Lehns- und Besitzurkunden Schlesiens, S. 63).

1291, August 1.

Anno 1291 Wenceslaus Rex Bohemiae [2]) (cujus litteras Calendis Augusti datas vidi) decimas quasdam ecclesiae parochiali B. V. Mariae in Glatz, domui hospitali S. Joannis Hierosolymitani donavit. Easdem decimas anno 1327 dominica „Quasi modo geniti“ (19. April) confirmat augetque Henricus dux Silesiae et Wratislaviae; litterae ad F. Henricum de Praga Commendatorem domus in Glatz mittuntur.

Balbinus, Vita venerabilis Arnesti. 1644. pag. 196. (Auch im Dekanatsarchiv bei den Schriften von der Pfarrei Glatz geschieht beider Dokumente Erwähnung.)

[1]) Heinrich IV. starb am 23. Juni 1290. In seinem Testamente vom 23. Juni 1290 (enthalten im sogenannten liber niger des Breslauer Domarchivs fol. 348; Stenzel, Bisthumsurkunden p. 253) heißt es: Terram vero Glazensem regi Bohemorum mandamus restitui, ita tamen, ut ipse rex heredes nostros et specialiter successorem nostrum in Slesia contra quoslibet invasores in suis juribus protegat et defendat.

[2]) König Wenzel II., 1278—1305.

1292, April 6.

Zu Glatz stirbt der Franziskaner (Minorit) Petrus Odranecz (Oderincius), der ehemalige Reisegefährte und Dolmetscher des Bruders Berthold von Regensburg. Der Leichenstein des Odranecz (darstellend die Jungfrau Maria mit dem Jesuskinde und darunter einen knieenden Mönch mit der Inschrift: ..... doi M°CC°XCII° obiit in die pasce beatus petrus odranecz militis ..... quiescant ossa) befand sich ehemals bei der inneren Pforte des Franziskanerklosters zu Glatz, kam dann in den Kreuzgang des Minoritenklosters und von da unter die Antiquitäten der Gräfin von Magnis in Eckersdorf.

Nach dem Catalogus fratrum defunctorum ordinis St. Francisci starb Oderincius schon am 4. Januar. Es heißt: „Eodem die (4. Januarii) anno 1292 obiit venerabilis pater Petrus Oderincius, fidelissimus beati patris Bertholdi Ratisbonensis Concionatoris in Bohemia verbum dei annunciatis interpres, de quo fertur, quod ad ejus tumulum puer mortuus ad vitam fuerit revocatus.“

Genaueres in den Glätzischen Miscellen 1812, S. 102 u. f. (mit Abbildung des qu. Leichensteines) und in Köglers Chroniken, S. 264.

1292, August.

Der König Wenzel von Böhmen unternimmt einen Zug nach Krakau. Die Göbel'sche Chronik (1705) behauptet, daß er hierbei über Glatz gegangen sei.

1294, April 30. Prag.

König Wenceslaus von Böhmen schenkt dem Kloster Camenz seine Stadt Mittelwalde.

Wenceslaus dei gracia rex Boemie, dux Cracovie et Sandomirie marchioque Moravie firmiter credimus ad eterne vite gaudia nobis promerenda proficere, cum religiosis et piis locis, in quibus assidue domino famulatur, de bonis temporalibus, quibus nos magnifice ditavit altissimus, liberaliter providemus. Ea propter presenti privilegio notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos ex devocione precipua, quam ad monasterium beate Marie virginis in Ca-

mencz ordinis Cisterciensis Wratizlawiensis dioecesis, in quo laudabiliter sicut accepimus domino deservitur, sincera mentis promptitudine gerimus necnon pro nostra et progenitorum nostrorum animarum salute viris religiosis . . abbati et fratribus conventus eiusdem monasterii civitatem nostram Mittelwalde cum foro et iudicio, sicut alie civitates nostre Glaccensis provincie habent, necnon cum omnibus villis, agris cultis et incultis, campis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis, piscacionibus, molendinis et iuribus ac pertinenciis eius de speciali gracia conferimus et donamus per eos ad iura et consuetudines regni nostri tenendam et perpetuo possidendam; et quod nichilominus dicta civitas cum villis et omnibus supradictis semper ad regnum nostrum pertineat et omnia servitia, que claustra seu monasteria dicti regni nobis faciunt vel facere consueverunt, predicti abbas et fratres ipsius monasterii, qui pro tempore fuerint, nobis et heredibus nostris de bonis ipsis facere teneantur. In cuius rei testimonium presens privilegium exinde fieri et sigillorum nostrorum munimine iussimus communiri. Datum Prage per manus magistri Petri prothonotarii nostri Pragensis Wratizlaviensis et Wissegradensis ecclesiarum canonici anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto pridie Kalendas Maii indictione septima.

Orig. Perg. im Staatsarchive zu Breslau. An rothgelber Seidenschnur hängt das große Doppelsiegel (Thron- und Reitersiegel) des Königs. Cod. dipl. Sil. X, S. 44.

1295. Rom.

Zwei Erzbischöfe und zwölf Bischöfe bewilligen unter den üblichen Bedingungen denjenigen, welche etwas für die Glatzer Pfarrkirche spenden, einen Ablaß von 40 Tagen.

Universis Christi Fidelibus presentes litteras inspecturis Petrus Arborensis et Rogerius Severinensis, dei gracia Archiepiscopi, Maurus Amebensis, Manfredus sancti Marci, Bulgarus Perusinus, Sabba Melitensis, Romanus Cremonensis, Jacobus Treventinus, Bonifacius Parentinus, Robertus Calviensis, Perronus Arinensis, Stephanus Opidensis, Cyprianus Bovenensis et Franciscus Terracinensis eadem gracia episcopi salutem in domino sempiternam.

Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur, de habundancia pietatis sue merita supplicum excedens et vota, bene servientibus multo majora tribuat, quam valeant promereri: desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad con-

placendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus indulgenciis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gracie apciores; cupientes igitur, ut ecclesia parochialis de Glaz Pragensis dyocesis congruis honoribus frequentetur et a cunctis Christi fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam diebus dominicis vel festivis causa devocionis accesserint, vel qui ad structuram vel fabricam luminaria, ornamenta, seu ad alia necessaria ipsius ecclesie manus porrexerint adjutrices, aut in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legaverint ecclesie prelibate . . Nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi singuli singulis singulas dierum quadragenas de injunctis eis penitenciis, dummodo consensus dyocesani ad id accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cujus rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Laterani anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, Pontificatus Domini Pape Bonifacii octavi anno primo.

An dem oberen Rande steht in anderem Schriftcharakter: Nos vero Gregorius Dei gracia Pragensis episcopus has indulgencias ratas et gratas habentes, auctoritate qua fungimur, confirmamus, ipsis 40 dies husjusmodi remissionis et graciae auctoritatis nostre favorabiliter in domino annectentes, testimonio hujus scripti. Datum Prage anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono; indictione duodecima, Pontificatus vero nostri anno quarto.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. D. Nr. 3 a.
Ursprünglich waren 12 Siegel an rothen Seidenschnüren angehängt; vorhanden sind davon noch 9 und eine Schnur.

1295, Januar 17. Glatz.

Conradus dictus de Reno castellanus in Glatz berichtigt die Grenzen des Camenzer Klosters nach der am 5. December 1294 erfolgten Regulirung.

In nomine domini amen. Ego Conradus dictus de Reno castellanus existens in Glaz fideliter protestando scire cupio universos, ad quorum audienciam presens pagina defertur, quod, cum super limitatione ac distinctione metarum et terminorum religiosorum virorum fratrum monasterii de Camencz, quos et quas in bonis suis ad diocesim Glazcensem habent et habere dinoscuntur, mandatum serenissimi domini mei Wenceslai regis Bohemie quam pluries recepissem, tandem opportunitate temporis ad faciendam ipsam limitationem

congrua persuadente, videlicet anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto proximo die dominico infra Octavas beati Andree apostoli, assumptis militibus ac senioribus dicte Glazcensis provincie incolis, accessi prope aditus predictarum metarum ex parte una dominoque Alberto ibidem constituto cum suis fratribus ex parte altera. Deliberatione diligenti prehabita super huiusmodi negocio decidendo, utriusque partis et provincie homines, per me super earundem metarum veritate dicenda sub atestatione divini examinis et per sacramentum sue fidei requisiti, de bono consilio nec non maturo discretionis moderamine mediante in suas conscientias publice sunt professi, quod quocunque versum aque pluviales et nivales vel eciam originales fontium meatus et erupciones de moncium verticibus ac locis eminencioribus predicte Glazcensis provincie se ad bona predictorum fratrum inclinant defluendo vel eciam decurrendo, ibi memoratos fratres de Camencz predictarum metarum suarum debere sortem omnino debitam et hereditariam invariabiliter obtinere. Cuius rei veritate taliter ad plenum cognita et indubitabiliter intellecta, dominoque regi super hac relatione denuo per me facta, de mandato ipsius iterato in plenariam iuris dictionem et corporalem predictarum metarum possessionem fratres posui supradictos, faciens super hoc ad perpetuam rei memoriam in die forensi publicationem et proclamationem fieri generalem et hoc in civitate Glacensi coram populo universo et eciam coram testibus hic nominatim et specialiter subnotatis: videlicet domino Wasmudo commendatore, Conrado de Mussin, Hermanno de Berynge, Conrado filio castellani, Tammone de Scezssowe, Theodorico de Teynicz, Gunthero de Bebra, Friderico de Reno militibus, Conrado filio Pezsoldi, Berone, Gramlibo fratre ipsius, civibus et aliis quampluribus hominibus fide dignis. Ceterum ut iidem fratres in suis predictis terminis atque metis secundum deum et iustitiam nec non domini mei regis regalem benificenciam limitatis circumferentialiter, ut premittitur, et distinctis tranquilla pacis ac honoris securitate sempiterno tempore pociantur tamquam veri heredes et legitimi possessores, presentem conscripcionis seriem sigillo meo rationabiliter et ex certa sciencia consignatam eisdem desuper presentandam procuravi, ut ex hoc tam apud presentes quam apud posteros ampliorem vigorem in negocio huiusmodi semper habeant et tutelam. Facta est conscripcio, publicacio, proclamacio, protestatio in die beati Antonii confessoris, feria secunda die fori anno domini M°. CC°. nonagesimo V°. coram omnibus hominibus et testibus supra scriptis.

Orig. Perg. im Staatsarchiv zu Breslau. (Pfotenhauer, Urkunden des Klosters Kamenz S. 46.)

1295, Juni 26. Prag.

König Wenzel tritt dem Glatzer Richter Albert das Gericht zu Glatz für 100 Mark Silber erblich ab.

Nos Wenceslaus, dei gracia Rex Boëmie, dux Cracovie et Sandomirie Marchioque Moravie tenore presentium notum esse volumus Vniversis, quod cum inter nos et Albertum Judicem Glacensem super Judicio Glatzensi, quod ad nos et non ad eum pertinere credebamus, contentio exorta fuisset, tandem ad supplicationem Alberti predicti receptis ab eo centum Marcis argenti cessimus et cedimus ei de iure, quod nobis competebat in Judicio supradicto, Volentes vt iudex ipse ac haeredes eius Judicium ipsum cum omnibus iuribus, utilitatibus et pertinentiis ad ipsum Judicium spectantibus hereditario iure pacifice teneant et possideant in perpetuum tamquam suum, Sicut Iudex ipse prefatum Judicium tempore felicis recordationis domini Ottoccari, Illustris Regis Boemiae Patris nostri carissimi, tenuit, habuit et pessedit. In cuius rei testimonium presentes literas exinde fieri et sigillorum nostrorum munimine iussimus communiri. Datum Prage per manus Magistri Petri Prothonotarii Regni nostri, Pragensis, Wratislauiensis et Wissegradensis Ecclesiarum Canonici. Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo quinto VI° Calend. Julii Octauae Inditionis.

Copialbuch der Städteprivilegien im Glatzer Steueramt, collationirt 1613, Fol. 5 a. In Emlers Regesten II, pag. 647 wird das Jahr 1290 angegeben.

1295, Aug. 11. Prag.

Bei Emler, Regesta Bohemiae et Moraviae tom. II, p. 727, Nr. 1692 ist erwähnt in einer Urkunde, worin Wenzeslaus gewisse Güter dem Prager Bischofssitze überweist, ein purcravius Sdezlaus de Sternberch Glaccensis.

Ex orig. arch. s. Wenceslai cop. in Mus. Boh.

1300.

Ablaßbrief für die Kirche in Altwilmsdorf.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis miseratione divina Nos frater Basilius Jerosolimitanus, Adenulphus Consanus, frater Raynucius Calaritanus, Archiepiscopi, Bernardus Pacensis, Bonifacius Parentinus, Frater

Jacobus Calcedoniensis, frater Anthonius Chenadiensis, Nicolaus Neocastrensis, Manfredus scti Marchi, frater Nicolaus Tortibulensis et Thomas Ecesiensis episcopi salutem in domino sempiternam.

Ad divine laudis obsequium basilice sanctorum in titulum eriguntur, ut in eis, que domus orationis existunt, suffragia beatorum agminum implorentur, quorum presidiis Christi fideles eterni gaudii premia consequuntur; terrestris quidem ecclesia celestis mansionis edificium representat, et in hac vita exhiberi debet obsequium, quo ad illam mansionem per feliciorem ascensum possit aditus preparari. Quapropter cupientes, ut ecclesia B. Caterine in Villehemstorf Glacensis diocesis a Christi fidelibus jugiter frequentetur et frequentantes pro temporali labore perpetue quietis munere gratulentur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in omnibus et singulis festivitatibus et diebus subscriptis, videlicet nativitatis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis domini et pentecostes, ac nativitatis, purificationis, annuntiationis et assumptionis Beate Marie virginis gloriose, in commemoratione omnium sanctorum, in festivitatibus apostolorum Petri et Pauli et omnium aliorum apostolorum et per ipsarum festivitatum octavas, nec non in festivitatibus beatorum Michaelis Archangeli, Joannis Baptiste, Laurentii, Stephani et Georgii Martyrum, Martini, Nicolai et Alexii confessorum, B. Catharine virginis, in cujus honore dicta ecclesia est fundata, et dedicatione ipsius, Margarethe, Lucie et Agnetis, undecim millium virginum, singulis diebus dominicis totius anni et in anniversario dedicationis ipsius ecclesie et per totam quadragesimam majorem causa devotionis accesserint et manus pro omnibus et singulis ipsius ecclesie necessariis porrexerint adjutrices, vel qui plebano dicte ecclesie devotam fecerit comitivam, cum defert Eukaristiam ad infirmos, aut qui circumeundo cimiterium ipsius ecclesie pro animabus ibidem quiescentium et omnium fidelium defunctorum orationem dominicam cum salutatione angelica dixerint mente pia, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi singuli nostrum singulis quadraginta dierum indulgentias de cunctis eorum penitentiis misericorditer in domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cujus rei testimonium presentibus nostra sigilla jussimus apponi. Datum Rome anno domini m°. ccc°. indictione XIV. Pontificatus domini Bonifacii Pape octavi anno sexto.

Nos autem Gregorius, dei gracia Pragensis episcopus, loci diocesanus has indulgentias ratas et gratas habentes auctoritate nostra ordinaria, qua fungimur, confirmamus, XL dies hujusmodi remissionis et gracie auctoritatis nostre indulgentiis eisdem favorabiliter in domino adjungentes testimonio hujus subscriptionis, sigilli nostri appensione munite sub anno domini millesimo trecentesimo primo; decimoquinto Kal. Julii, Pontificatus nostri anno quinto.

Nach der Kögler'schen Abschrift von dem ehemals im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. M. Nr. 7 befindlichen Originale.

1300, Januar 29.

Anno 1300, 4. Cal. Febr. Altare omnium Sanctorum in ecclesia parochiali Glacensi fundavit Henricus de Beringen. Idem bona sua in Werdek donavit, ex quibus obligabantur Crucigeri vinum ad sacrificia subministrare quatuor Glacensibus ecclesiis: Parochiali suae, Capellae castri Glacensis,[1]) templo Sancti Wenceslai Bohemorum et Hospitali.

Balbinus, Vita venerabilis Arnesti 1664, pag. 296. — Acten der Pfarrei Glatz im Decanatsarchiv. Collegienchronik (Glatzer Pfarreiarchiv) S. 32.

1305, Juli 8 (Octavo idus Julii) Glatz.

Heinrich, genannt Scheterwange, und seine Frau Hedwig schenken von ihrem allodium von 2 Hufen 3 Ruthen bei Glatz den Minoriten daselbst jährlich 12 Maß Getreide (duodecim mensuras siliginis).

Notiz Köglers aus dem Originale im Minoritenarchive zu Glatz.

1305, Juli 18. Oderberg.

Waczlaw von Marclowicz versetzt dem edlen Herrn „Andris von Turkaw, heptman czu Glocz und hern Myloth seyns brudir zon auch von Turkaw“ die Mühle zu Awehla[2]) für 30 Mark böhmischer Groschen und polnischer Zahl, der man 48 Groschen zählt für eine Mark.

Gegabin czu Odirberg am suntag vor synt Marie Magdalena tag noch gotis geburt dreyczen hundirt Jar vnd in dem Vtim Jare.

Urkunde des Klosters Rauden. (Cod. dipl. Sil. II, S. 24.)

Cc. 1310.

Visio mirabilis venerabilis patris Arnesti ab ipsomet prope vitae finem descripta.[3])

---

[1]) Das spätere St. Martini-Kirchlein, vorher die Kapelle unserer lieben Frauen oder das Schloßkirchlein genannt.

[2]) Uchylsko bei Loslau.

[3]) Das Original wurde in der Glatzer Augustiner-Propstei aufbewahrt

Noverint universi presens scriptum lecturi aut audituri, quod ego Arnestus, Sancte Pragensis Ecclesie Archi-Episcopus primus, inter peccatores precipuus, non in nocte sed in die, non in privato seu in occulto, sed cum aliis stans in manifesto, non amens aut phantasians, sed sane racionis existens, non dormiens, sed utique vigilans vidi infrascriptum miraculum terribile et mihi amarum valde, quod per omnia fuit tale.

Cum essem in Glacz frequentans scolas apud Parrochiam, quam regunt Hospitarii S. Joannis Jherosolymitani, ibidem una dierum (opinor Sabbatho), cum interessem Vesperis, stans inter alios scolares et pueros usque ad finem Vesperarum infra Magnificat aut post Vesperas immediate, cum cantabatur quedam antiphona, puto Salve Regina, sed que fuerit precise non recordor: accidit autem quod inspexi ymaginem, que ibidem erat super altari majori Beate MARIE semper Virginis et statim sine aliqua mora subito et celerrime facies Imaginis Venerabilis Virginis et Matris DEI MARIE valde indignanter et iracunde se a me avertit et vertit ad me posteriora faciei et partem dorsi. Quo facto territus valde et immutatus et factus quasi amens et attonitus valde (quod tamen multum non duravit) redii ad me aliqualiter, horrescens valde videre illa posteriora faciei, colli et dorsi, que videbantur mihi sordida, muscida et quasi lacerata, quem modum verbis proprie exprimere non possum. Intuens illa, tristis et amarus animo, incepi petere B. Virginem, ut dignaretur mei misereri et vultum suum ad me convertere. Me sic in tristitia orante et in angustia, respexi ymaginem Filii, quem tenebat in sinu aut brachiis, volens videre, si eciam facies imaginis JHESV Cristi se a me avertisset, quam a me aversam non vidi. Cecidit mihi ex hoc in cor aliqualis consolacio et processi in oracione (de qua supra) ad beatam Virginem gloriosam, ut vultum suum ad me converteret. Cum sic orarem per morulam competentem, lento modo et aliquantulum moroso, quasi non bene contenta de me, vultum suum ad me convertit in eum statum, sicut videram ante aversionem et indignacionem. Quo facto, gracias ipsi Virgini gloriose cursorie egi et cum aliis Scolaribus completo cantu Scolas intravi, de isto miraculo nulli dicens propter timorem verecundie, ne tantus peccator apparerem, quia me bo-

und im Jahre 1468 durch den Propst Michael dem päpstlichen Legaten Rudolf in Breslau zum Geschenk gemacht (cf. Miller, Historia beatissimae virginis Glacensis. Glatz, 1690. S. 61).

num simulabam extra, sed intra in cogitacionibus et operibus in occulto sceleratissimus ab illa hora usque nunc. Tandem ab illius miraculi visione elapsis aliquot mensibus, recessi de Glacz in Brunov, a Glacz per tria milliaria distans; ibi mansi plurimo tempore, non recepta licencia nec facta reverencia dicte imagini et S. MARIE. Postea in Pragam ivi et postea transivi ad aliqua loca studiorum et demum Curiam Romanam, et sic ante meam promocionem et post ad ordines et beneficia Ecclesiastica usque nunc non curavi ego lascivus et levis de tanto miraculo tremendo, id satis leviter portans per multos annos. Hoc intra me sepius revolvens cogitavi, quod tantum miraculum per me celari esset periculosum. Quia fidelium est magna edificacio et magnitudinis peccatorum meorum clara deteccio et mei canis fetidi digna omnibus hominibus detestacio, vobis et aliis duxi suprascriptum terribile miraculum in hiis scriptis publicandum, vos per viscera misericordie DEI et per aspersionem sanguinis IHESV Christi Domini nostri rogans et obsecrans intercedi pro me ad ipsam DEI Genitricem Mariam, per quam in fide Catholica sum solidatus, ut avertat indignacionem suam et sui Filii a me, ipso prestante benedicto in secula seculorum. Amen.

Et quia testante scriptura opera DEI revelare et confiteri honorificum est, hortor et rogo supra gesta et hic scripta in Ecclesia Pragensi et in omnibus aliis Ecclesiis conventualibus tam Religiosis, quam secularibus, Clero et Populo fideliter publicari, ut cognoscant omnes luculenter S. Mariam singularem protectricem et miseratricem peccatorum in fide titubancium et in operibus charitatis errancium, et se ejus clemencie devocius recommendare. Damus insuper omnibus, qui presens scriptum legerint, audiverint vel aliis retulerint, quadraginta dies Indulgencie. Scriptum per me Arnestum Sancte Pragensis Ecclesie Archiepiscopum, episcopum indignum, manibus meis sanguine peccatorum repletis.

Fontes rerum Boh. Prag. 1873. I, S. 398, auch in Balbini, Vita venerab. Arnesti. Prag 1664. S. 26 u. f.

1310, Juli 26.

Anno Domini MCCCXI (?) septimo Kalendas Augusti in Glacz maxima inundacio fuit et innumeras Domos abduxit et homines utriusque sexus, ut refertur, ad mille animas submersit.

Chronicon Johannis Neplachonis, abbatis Opatovicensis (Fontes rer. Boh. III, S. 479).

„Nach Christus gepurt tausent drey hundert vnd czehen jar in vil gegenheyten war ein grosse sintflut.... Den tag nach Sant Jacobstag czu Cladcze dertrencte es die gancze vorstat, also das da dertruncken wol pey czwey tausent (?) menschen.

Die Pehemische Cronica. (Fontes rer. Boh. III, S. 295.) Vergl. auch die Reimchronik des Dalimil.

Anno domini MCCCX in die beati Jacobi apostoli mane incepit pluere et duravit continue illa pluvia per duos dies et noctes, per quam aqua, que Niza vocatur, tam inundavit, quod ante civitatem Glacz multas domos subruit et deduxit et mille quingentos homines, ut dicunt, ibidem submersit, exceptis aliis locis, ubi eciam plurimi perierunt.

Breve chronicon Silesiae (Script. rer. Sil. I, S. 36).

1310—27, Juli 31. Breslau.

Johann, König von Böhmen, befiehlt den Vasallen, Schulzen ꝛc. von Glatz, daß sie die Bürger von Habelschwerdt pp. in die Einigung, welche sie auf seinen Befehl geschlossen, aufnehmen.

Johannes dei gracia Boëmie Rex ac Lucemburgensis comes dilectis fidelibus suis Vasallis et Scultetis districtualibus necnon Sculteto ac universitati civium civitatis Glacensis graciam regiam ac omne bonum. Commoditatibus dilectorum nobis civium in Hawelswerd et scultetorum aliorumque districtualium ibidem intendere graciosius cupientes vobis seriose precipimus et mandamus, volentes omnino, quatenus ad unionem, quam inter vos de mandato nostro alias fecistis, dictos cives, scultetos et districtuales Hawelswerdenses vobis assumere vosque cum ipsis unione eadem colligati contra quoslibet vos indebite molestare aut turbare conantes adjuvare decetero mutuo debeatis. Datum Wratizlavie in vigilia ad vincula beati Petri apostoli.

Orig. Perg. auf dem Staatsarchive zu Breslau (Siegel fehlt).

1315 und 1316.

Große Hungersnoth in Schlesien, dem Glatzer Lande und in Böhmen. In Glatz soll eine Mutter ihre eigenen 3 Kinder getödtet und aufgegessen haben.

Haugwitz'sches Stamm- und Linienbuch 1684, Nr. 1, unter Berufung auf eine alte Glatzer Chronik. — Chronik eines Habelschwerdters bis 1622 (Köglerſches Archiv). cf. Pol., Jahrb. der Stadt Breslau I, S. 96 und 98.

1316, Januar 5.

Theodrikus von Thenitz vermacht den Kreuzherrn zu Glatz 40 Mark und setzt für den Katharinenaltar in der dasigen Pfarrkirche 4 Mark aus.

Wir Hincko von Duba, bircka genantt, Herr des Weichbildes Glaz, thun kund für menniglich, so diesen brieff hohren, das unser Theodrickus Ritter von Thenitz frisch und gesund vor uns sampt seinen zween Sohnen Henrichen und Hansen erschienen und hott aldo versprochen und gegeben dem Hause zu Glatz: denn Brüdern der Kreuzherrn sanct Johannis Ordens vierzig schwere Marck wegen der Liebe und des Almosen mit seinem gutten Willen und voler genanter seiner Sohne Vorwilligung, zu Pfand setzende den Brüdern gedochtes Hauses vor solche Summa Gelds auf zwei zukonfftige Jahr vonn dato des Briefes vier zienshafftige Huben zu Weystritz gelegen, die er gekaufft hott beim Oto und Thamon von Zeschau, von welchen einwohnern gemelte Brüder das erste Jahr vier und das andere Jahr auch vier Marck Zienss volkhomlich nehmen sollen, also das all die andre Herschaft bei des gemelten Theodorizy Söhnen bleiben soll. So es aber Er oder Ihre Erben Wille und vormuhgen sein wirdt, Inn den zweien Jahren vorgesagte Huben zu losen, ganz ader ein Theil, so soll von der Haupt-Summa so viel abgezogen werden, so vil die genannten Brüder vom Ziens, zum teill ader ganz, von den gelosten Huben empfangen haben. Wo sie aber in obangezeigter Zeit ganz oder ein teil nicht losen werden, alsdann sollen die ungelosten Huben mit allem Recht und Herrschaft, wie sie genannten Theodoryko gedient, dem vorgesagten Hause dienen an statt eines Pfandes, also das alsdann obangezeigte Heinrich und Hans oder ihre Erben offt genannte Huben, wens ihnen gefällig, zu lohsen Macht haben sollen, ganz ader ein teill, sondern der Abzug in dem Empfengnis sol inn nicht wie zuvor wiederfahren; auch mit diesem Anhang sonderlich, das die ganze Zeit, weil die Huben also unter der Hand genannter Brüder werden sein, so sollen dieselbigen Brüder nicht vorpflicht sein mit den Diensten zum Kriege gehoren, aber mit anderen Gezwanck, sondern die offt gesagten Heinrich und Hans und ihre Erben ader nachkhomlinge sollen für die uns und unsern Nachkomlingen dienen. Uber das thu wir kund, das zu der Zeit offt genante Theodorickus mit den Sohnen von wegen Ihres Heyls und ihrer Kinder und Nachkommlinge begabet haben den Altar der heiligen Catharine in der Pfarrkirchen Glaz mit vier Marcken Järliches einkommens, das auff demselben täglich eine Messe zu ewigen Zeiten soll celebriret und gehalden

werden. Sie haben auch denn offtgenannten Brüdern die vier Marck in diesen Stellen zugeeignet: zu Seiffersdorff zwo Huben, die do Järlich zwo Marck zahlen, Item zur Lomniz ein halbe Hube, die Järlich zahlt eine halbe Marck, beim Scholz zu Barttelsdorff ein vierding von der Mohle zur Lomniz, und das alles mit allem Recht und Herrschafft ewiglich zu besitzen, Item fünff vierdung auff Ihren andern Güttern zur Weistritz zu negst den oft vorgenannten Huben, dergleichen ewiglich zu besitzen, das allein aussgenommen, das sie die fünff vierdung in einer andern gewissen Stelle in der Landschafft Glatz den Brüdern mögen zueygenen, sonder in diesen Güttern allen sollen Heinrich und Hans ader ihre nachkomlinge schuldig sein, in den Dingen, so zum Kriege gehoren, uns und unsern Nachkommen ewige Dienste zu erzeygen. Zu Urkund und mehrer Sicherheit sein wir dieser Ihrer Gaben geneigt gewest, diesen Brieff mit unserem Innsiegell zu vorfertigen, der gegeben ist an der heiligen Drey-Könige Abend nach Christi Gepurt im Jahr Tausend dreyhundert und Sechzehen Jahr. Darbey sein gewest: Kristanus von Ossina, Otto von Glaubiz, Tammo Prus, unsere Ritter, Kunrad von Muschiz, Otto von Ceschau und vill andere glaubwürdige.

Copie im grünen Privilegienbuche zu Glatz, Blatt 92—94. — Extract im Cod. dipl. et epist. Moraviae VI, S. 70 (Schwandner in Regest. Ms. Ord. Johannis Hierosolim. Viennae e diplomatario Magni Prioratus Bohemiae).

1316, April 25. Prag.

Henricus de Lipa una cum filiis Henrico et Czenkone promittunt, quod sopita inimicitia, quae inter eos et Petrum de Rosenberg suosque amicos longo tempore vertebatur, ipsum Petrum suamque partem contra quemlibet hominem juvare volunt. Datum Pragae die S. Marci Evangel. 1316.

Als Freund und Bürge des Heinrich von Leipa wird genannt: Hinko Berka dominus Glacensis.[1])

Cod. dipl. et epist. Moraviae VI, p. 71, ex originali in archivo Treboniensi.

1318

wurde die Taberne in Glatz gebaut. Als man den Grund grub, fand man einen Mühlstein mit einem ausgearbeiteten Loche. Dieser

[1]) In einer Urkunde Pragae II Nonas Junii 1321 (Cod. dipl. Mor. VI, S. 137) kommt vor Hynko filius quondam Heymanni de Duba. cf. Palacky, Gesch. v. Böhmen II, 1, S. 302 und II, 2, S. 9.

Stein wurde alsdann zum Andenken bei der Thüre des Sandklosters (Minoriten) eingemauert.[1])

Köglers Vermerk aus der Chronik des bürgerl. Wachtmeisters Caspar Exner in Glatz (1570—1605).

1318, Septbr. 29.

Anno 1318 am Tage Michaelis hat die Stadt Habelschwerdt den Gänsewinkel verkauft, „so ein gemein freyt ist gewesen für Pferdt, Viehe vndt Gensse", um 24 Mark. Dagegen ist für solches Geld der Sigritz zu gemeiner Stadt erkauft worden, weil er für das große Vieh „besser zu hinderste gewesen", als der Gänsewinkel. Der Sigritz soll einem vom Adel gehört haben. „Solches ist zu finden im kleinen Pergament-Buch Folio 5."

Handschriftl. Chronik eines Habelschwerdters bis 1622, S. 76 (Kögler'sches Archiv).

1318, December 27. Wien.

Heinrich von Leipa und sein Anhang (darunter: Heinmann Berce von Glatz, Albert von Seberg, Benesch von Wartemberg u. a.) verbinden sich mit dem Könige Friedrich und den Herzögen von Oesterreich wider den König Johann von Böhmen.[2]) „Gegeben zu Wienn, do man zalt von Christes geburt druzehenhundert iar, darnach in dem achtzehenden iar, an sant Johanstag ze wihennacht."

Cod. dipl. et epist. Moraviae VI, S. 114 (Kurz, Oesterreich unter K. Friedrich dem Schönen, Beilage XVII, p. 466). (cf. Palacky, Gesch. von Böhmen, II, 2, p. 117 und 123.)

1319, Juli 4. Nimburg.

König Johann verleiht dem Jacobus Rücker dafür, daß er Habelschwerdt mit Mauern umgeben hat, das Gericht daselbst, sowie das in Ditrichsbach, Weistritz, Verlorenwasser ꝛc.

Johannes dei gracia Bohemie et Polonie rex ac Lucemburgensis comes. Etsi in cunctos nostre ditioni subiectos munificencie nostre dexteram libenter extendimus liberalem, expedit etiam et regiam decet excellenciam, ut eos preuenia-

[1]) cf. Aelurius, Glaciographie, S. 342. — 1387 ist im ältesten Stadtbuche von Glatz die Rede von einem Hause, Hofstatt und Malzhause, gelegen am Ringe an der Ecke, wenn man zur Brücke geht, rechts.

[2]) Der König forderte von den böhmischen Baronen alle vormaligen Krongüter schlechterdings zurück. Demzufolge mußte der v. Berka Glatz sammt dem Schlosse zurückstellen, „ein wahrer Beweis, daß Glatz schon damals zu Böhmen gehörte und daß Curaeus, Schickfuß und andere (cf. Sommersberg, script. rer. Sil. I, p. 154) irrig daran sind, wenn sie behaupten, König Johann habe es erst (1322) von Boleslaw, Herzog von Münsterberg, erkauft." (Pubitschka, Chronol. Gesch. Böhmens V, 1, S. 80).

mus prerogativa specialis gracie et fauoris, qui nobis ceteris intimius obsecundant. Eapropter scire uolumus tam presentis etatis homines quam future, quod considerantes grata et multiplicia seruicia fidelis nostri Jacobi Rukeri [1]) judicis in Habelswerde, quibus nostre celsitudini in eo, quod ciuitatem nostram Habelswerde muro circumdedit quasi suis laboribus, sumptibus et expensis se gratum reddidit et acceptum, et volentes ipsum proinde tanquam benemeritum gracia prosequi speciali, sibi judicium predicte ciuitatis nostre Habelswerd cum duobis molendinis super aquas Nizam et Wistricz stantibus et sub ipsa nostra ciuitate sitis nouem rotas habentibus cum una rota, que walkrad dicitur, que sunt ab omni seruicio libera, cum sexto scampno, in quo panes, carnes et calcei venduntur et cum stuba balneari ipsius ciuitatis nostre de liberalitate regia damus et concedimus per eum et heredes suos habendum, tenendum et jure hereditario ac imperpetuum possidendum, superaddentes eciam ad maioris nostri fauoris et gracie cumulum in Dietrichsbach et in Wistricz villis judicia, molendinum ibidem in Wistricz vnam rotam habens, quam similiter liberam esse volumus, villam que Verlornwasser vulgariter dicitur cum judicio ibidem, pascua pecorum ante ipsam ciuitatem nostram Habelswerde sita, que sua comparauit pecunia, piscaciones et aucupaciones cum omni jure et vtilitate ac suis pertinenciis vniuersis, Volentes quod omnia premissa ad ipsum judicium et cum ipso ad quod huiusmodi semper inantea pertinere decernimus, Jacobus ipse et successores sui predicti iure hereditario tenere perpetuo debeant et habere, sic quod et ipse Jacobus et post eum heredes sui de predicto judicio et omnibus premissis et pertinenciis suis nobis heredibus et successoribus nostris regibus Bohemie debita et consueta seruicia, que de hiis iure exhiberi consueuerunt prompcius exhibeant et impendant. Curiam preterea, quam ibidem Jacobus in predicta ciuitate nostra edificauit et sua firmauit pecunia pro conseruacione et maiori fortitudine eiusdem ciuitatis nostre, eum et predictos heredes suos predictis modo et iure similiter volumus possidere. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Datum in Numburga super Albea IIII. nonas julii, anno domini millesimo trecentesimo decimo nono, regnorum vero nostrorum anno nono.

[1]) Jacobus Rücker erscheint 1335 unter den Consuln der Stadt Glatz. Seine beiden Söhne Petrus und Johannes vereinbaren sich 1337 über 2 von ihrer Mutter Adelheid ererbte Huben zu Lawicz. Aeltestes Glatzer Stadtbuch 1324—1412.

Aus einem Transumpt von 1455 (Wratislavie 10. Jan. — König Ladislaus verleiht der Dorothea Schoffrichter das Gericht von Habelschwerdt), Orig. Perg. mit anhangendem Siegel im K. K. Haus-, Hof- und Staatsarchive in Wien.

1319, Juli. 5. Nürnberg.

Johannes, König von Böhmen, schenkt die Einkünfte des Gutes Coritau der Pfarrkirche zu Glatz.

Joannes Dei gracia Boemie Rex et Polonie ac Lucemburgensis Comes etc. Tum bene agere credimus et ad honorem nostrum reputamus accedere, cum ecclesiarum regni nostri proventus et redditus liberaliter ampliamus, ut earum ministri tanto devocius pro salute nostra et parentum nostrorum animarum remedio Deum orent, quanto abundancius nostra in se senserint beneficia redundare. Propterea siquidem harum serie noscant presentes et posteri, quod nos pia hujusmodi consideracione commoniti pro nostrorum ac eorundem parentum remissione peccaminum, frugum omnium provencionem ex agris cultis et incultis, eciam qui in posterum excolentur, curie sive allodii nostri dicti Choritaw in territorio seu districtu Glacensi ad nos pertinencium, ecclesie parochiali B. Marie Virginis in Glacz Domus hospitalis S. Joannis Jerosolymitani, ex munificencia liberalitatis nostre concedimus et donamus, per plebanum et fratres ipsius ecclesie, qui pro tempore fuerint, perpetuo sine diminucione possidendam. Ut autem hec nostra donacio perpetue robur obtineat firmitatis, litteras exinde fieri et sigillorum nostrorum jussimus munimine communiri. Datum in Norimberga tercio Nonas Julii anno domini 1319: regnorum vero nostrorum anno nono.

Copie im Glatzer Pfarrciarchiv sub litt. D. Nr. 6.

1319, Dez. 26. Prag.

König Johann schenkt der Stadt Habelschwerdt einen Wald und separirt dieselbe von Glatz.

Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie Rex Lucemburgensis Comes Marchioque Budisniensis dominus notum facimus tenore presencium inspectoribus universis, Quod volentes condicionem civitatis nostre Hawelswerde facere meliorem, silvam nostram ad ipsam civitatem spectantem, de qua census nobis hactenus dari et solvi consuevit, ex nostra Regia munificencia ipsis civibus ac incolis civitatis nostre predicte seu omnibus et singulis ad judicium civitatis eius-

dem pertinentibus duximus libertandam, sic quod de eadem silua nullum censum nobis nec alicui alteri expleant ammodo et persolvant, sed quod ligna de ipsa silva educant et in usus suos ac civitatis nostre predicte convertant libere pro sue libito voluntatis. Volentes eciam ipsis civibus nostris predictis prerogativam facere gracie specialis, ipsos ut cum civitate et civibus nostris Glaczensibus nulla servicia faciant aut exhibeant nec cum ipsis inantea contribuant neque eis cum aliquibus dacionibus, collectis, contribucionibus et exaccionibus aliquatenus annexi sint aut uniti absolvimus et eximimus graciose ipsosque cum huiusmodi serviciis, ut predicitur, a predictis civibus Glaczensibus alienamus et omnimode sequestramus, ita quod per se specialiter singula jura et servicia, quibus nobis sunt obnoxii, facere seu exhibere de cetero sicut aliarum civitatum Regni nostri cives debeant atque possint. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillis Maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Prage VII° Kalendas Januarii Anno domini MCCC decimo nono, Regnorum vero nostrorum anno nono.

Nach einem Vidimus des Glatzer Rathes von 1453. (Habelschwerdter Magistratsarchiv.)

1320.

Erwähnung der Dörfer „Conczendorf“ bei Landeck und „Henningi villa“ (Niederhansdorf) in dem jetzt verlorenen Liber proscriptorum (1320—1380) des Glatzer Rathhausarchives.

Handschriftlicher Vermerk Köglers.

1322, Mai 21. Schweidnitz.

Johannes von Maltewitz stiftet in der Glatzer Pfarrkirche einen neuen Altar zu Ehren der hl. Martinus und Stephanus und schenkt zu dessen Dotirung 4 Huben in Scheibe bei Wünschelburg.

Allen und jeden, Itzigen und Nachkommligen sey Offenbar, das Ich, Johannes genannt von Maltewiz, nach meinem Vermuhgen dem jüngsten Tage und ernsten Gerichte Gottes fürkommende, mich vorlassen hab auf die unermessene Barmherzigkeit Gottes, in welches Gewalt allein unser ewiges Heil und Seligkeit stehet, und habe von wegen der Seelen heyl nämlich meiner und Sophie meiner lieben Hausfrau und unser beider Eltern nachkomligen, der Lebendigen und Todten, mit guttem Rad und wohlbedachtem Muth, auch mit Vorwilligung aller meiner Kinder und derselbigen meiner Hausfrauen und Wollfram von Panewiz genannt, welchen ich meinen Erben zu einem Fürmund, so es Gott über mich verhinge, erwehlete, einen neuen Altar aufgericht in der

Pfarrkirche zu Glatz in der ehre der heiligen, nemblich des heiligen Bischofs Martini und des heiligen Stephani, des ersten Märterers; darfür ich auch mir und meinen Erben ein Begräbnuss erwählet habe, zu welches Altars Begabung Ich die vier besten und gewissten Huben auf meinen Güttern in dem Dorffe, genannt Scheyba, nahe bey der Stad Wünschelburg gelegen, den Kreuzherrn Sanct Johannis Ordens des Teuffers von Jerusalem daselbst zu Glaz geschengkt habe mit dem Recht, mit dem Gelt und Getreide-Zinse und mit allen anderen einkommen und Diensten, mit welchen sie mir bissher gedienet, das mit angehefft, das meine Erben die genannten Huben für allem Anlauff oder anrennen beschützen sollen und alle Dienste, dem Hern Khonig Angehorende, für dieselbigen zu thun schuldig sein sollen. Die Brüder sollen auch denn ehegedachten Altar mit Diensten durch sich selbs oder ihre Kaplan zu versorgen schuldigk sein, und das auch mit angehangen, auf das, so es meinen erben hernachmals gefallen würde oder thun khenden, das sie vor die obgesagten Huben andre vier umb oder bey Glaz, also gewisse und die denn Kreuzherrn gefällig, keuffen wurden, aber wo sie Ihn vier gewisser Marck einkommens gehben kunden, das mohgen sie thun, und die Kreuzherrn sollens nicht wehrenn. Das aber diese meine Begabung ewiglich bekräfftiget und gestärcket sey, hab ich gegenwärtigen Brieff mit den Siegeln lassen vorferttiget werden, nemlich mit meinem und des Wolfram von Panewiz und Ottunes von Glaubiz. Gegeben und geschehen zur Schweidnitz anno MCCCXXII, den nachfolgenden Tag nach der Himmeltahrt unsers Herrn Jesu Christi.

Copie im Rathhausarchive zu Glatz, Grünes Privilegienbuch, Blatt 80 bis 81.

1323, Februar 21. Kamenz.

Otto von Glaubitz, dominus de Mittelwalde et de Gallenow, urkundet über den Kauf eines Allods zu Gallenau durch das Kloster Kamenz.

Actum et datum in Camencz presentibus hiis testibus: Hermanno Lite, Petro de Bela, Grabisio de Banow, Alberto de Targovicz, Michaele de Gallenow, Jacobo sculteto de Altmansdorph, Ottone Rollone de Glatz et aliis multis anno domini millesimo trecentesimo vicesimo tercio nono Kalendas Marcii.

Orig. Perg. mit dem Siegel des Ausstellers (aufrechtgestellter Fisch) im Staatsarchiv zu Breslau. cf. Cod. dipl. Sil. X, S. 92.

(1324).[1]) Glatz.

Gerlach, her Rinmans eidem, hat dri firdunges czinses auf Heyman Smalcztasschen halber fleischbank vnd hat di czinse geben, daz man dovon ewiklich daz licht zol halden, daz in der kirchen hengit.....

Dize schrift bewert, daz her Otto von Glubos eynen elter gewydemt hat von vir marken in der kirchen czu glacz; der hat her eyne kauft widr dy bürger czu glacz auf dem gerichte czu dem öbrsten Henningstorf vnd auf alle zein gut, den creucziger czu vorrichten vnd yrem hauze ewiklich auf zende michels tak halp vnd auf zenden walpurgis halp. Derzelbe her Otto hat dezzelben geldes kauft eyne mark wider den voit vom Reinharcz auf zein gerichte vnd auf alles zein gut den creuczigeren czu leisten vnd yrem hause als dis buch hyvor spricht.

Heinrich von Beringen quam mit Wolfeln, dem richter von kunigshain, vnd Heinrich reichte mit gutem willen hern Albrecht dem pharrer vom Reinharcz eyne mark czinses auf acht ruten zeines vreien gutes ..... vnd ab dez czinses icht abginge, zo züllen zich di creucziger dez erholen auf allem dez vorgenanten richters gut.

Her Diterich der herre von Tenicz hat kauft eyne mark ewiges czinses auf hern Guswynes gerichte czur mittelsten Stynau, halp walpurgis halp michaelis, vnd dy mark hot her geben czu eyme ewigen lichte vür zende Katherin elter czu burnen.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch 1324—1412.

1324. Glatz.

Herman von Beringen hat vorkauft Walther Hirzenplacz zein vorwerk czu Kunigshain vnd leit ym daz vür eyn hube vnd czu eyner mark czinses ym vnd zeinen nochkümlingen, vnd her mak wol zein gebuede czu der stat seczczen vnd wil her zunderliche scheferei haben, zo zol her geben halbe pfrunde, vnd czu dem gerichte zol her nicht gen, her tu ez denne gern.

Peter von der Lompnicz vnd zein bruder Otto quamen in eyn gehegt dink vnd beweisten Gündelen eyne mark czinses auf Peczoldes erbe von Wünschelburk czu Kunigshain drei virdunge vnd eynen virdunk auf Hermans dez Schultheisen zün, adr wer dy erbe noch ym besiczczet; wer abr, daz Gündeln icht ab gynge, zo zülde zich Gündel erholen an der möl vnd an al yrem gute....

Ebd.

[1]) Vielleicht auch einige Jahre früher, da obige Verhandlungen Nachträge sind.

1324, Juli 2. Vor Muntzilles.

König Johann von Böhmen beurkundet, daß zwischen ihm und seinem Schwager Herzog Heinrich von Kärnthen eine ewige Freundschaft geschlossen sei und verspricht der Tochter des Herzogs, Beatrix, welche seinen Sohn heirathet, 10 000 Mark Silber im Lande Mähren anzuweisen.

„Darnach wellen Wir unsern Sun, der sein Tochter nimet eeleichen, ob es Gottes Willen ist, voraus geben das Lant ze Marhern..... und darzu das Land Troppau... und das Land ze Glacz mit allen den rechten und dazu gehort ganz und gar und das Land ze Budischin.....

Das ist geschehen und der brieff ist geben vor Muntzilles, do man zalt von Christes geburt dreyzehen hundert Jahr und darnach in dem vier und zwainzigsten Jahr, des Montages nach Sand Peters und Sand Paulstag.

Cod. dipl. et epist. Moravie VI, S. 201. (Regesta imperii Fr. Boehmer p. 188 und 71.)

1325, März 17. Brünn.

Johann, König von Böhmen und Herr des Glatzer Landes, verkauft und übergiebt dem Niclas Lange, Bürger zu Glatz, für 300 Mark Groschen das Vorwerk Freudenaw[1]) erblich mit fünf Huben dazugehörigen Erbguts von allen Abgaben frei, ausgenommen vom dritten Theil mit der Stadt Glatz zu leiden (Gemeindelasten zu tragen.)

Glatzer Stadtbuch v. J. 1466, Fol. 122 (Glatzer Miscellen I, S. 123).

1325, März 24. Brünn.

Johannes, rex Bohemiae, tradit Benesio et Bohusio, fratribus de Rausenbruck, villam hanc in feudum.

Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie Rex..... notum facimus universis, quod nos ea, que fideles nostri Benessius et Bohussius, fratres de Rauzenbruk nobis exhibuerunt et exhibere poterunt servicia attendentes, eis villam nostram Rauzenpruk..... tenendam jure feodali duximus concedendam, ita tamen quod nobis, heredibus vel successoribus nostris Regibus Bohemie vel Marchionibus Moravie teneantur in expedicionibus et Raysis Regiis vel Marchionum, sub expensis Regalibus vel Marchionalibus cum uno Textrario de-

[1]) Später „Sichelhof" genannt.

servire et jure quo feodarii et vasalli nostri Glacenses fruuntur et gaudent, uti similiter debeant et gaudere... Harum quas Sigillo nostro sigillari fecimus testimonio litterarum. Datum Brunne IX° Kalend. Aprilis, Anno domini Millesimo Trecentesimo Vicesimo Quinto.

Cod. dipl. et epist. Moravie VI, S. 217 (Orig. in archivo monasterii Lucensis).

1325, Mai 3. Goldenstein.

Johannes, genannt Wustehube, schenkt dem Kloster Kamenz die Herrschaft Goldeck mit den zugehörigen Dörfern.

Acta et data sunt hec in Goldenstein quinto Nonas Maji anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto presentibus hiis testibus ad hoc rogatis: Domino Hermanno de Rychenbach, Cunczcone filio ejus genero nostro, Petro dicto de Bela, Domino Michaele plebano in Shrekendorph, Rinsmit cive in Landeke et aliis multis.

Orig. Perg. mit dem Siegel des Ausstellers im Staatsarchiv zu Breslau. (Cod. dipl. Sil. X, S. 100.)

1325, Decbr. 4. Munerstadt.

König Johann vermindert den Ständen des Glatzer Landes die ihm schuldigen Lehnspferde.

Wir Johannes von Gotes Gnaden zu Beheim und Pohlen König und Graf zu Lützelburg etc. Thuen mit disem Briffe kunt und zu wissen allermänniglich, auch allen und jeden Burgsessen, so in unserm Glätzischen Lande wohnhaftig seyn, unsern lieben getreuen, Ihre Rechte und alte Gewohnheiten, deren sie sich von hochlöblicher Gedächtniss Herrn Ottocaro und Wenceslao den Erlauchten Königen zu Beheim, unsern Vorfahrern, bis auf diese Zeit gebraucht und noch gebrauchen, günstiglich zu bestätigen und sie dabey zu erhalten, dass wir, um unsere Gnade desto überflüssiger zu mehren und zu häufen, entschlossen sein, Ihnen diese gnade zu thun, dieweil wir verstanden auss gar vieler glaubwürdiger Leute bericht, dass sie die Dienste, so sie uns bishero mit vierzigk Dextrariis oder Kleppern gepfleget haben von unserm Lande zu leisten, wegen mancherley Hinderniss völliglich nicht zu thun vermögen, dass sie uns, unsern Erben und nachkommenden Königen zu Beheimb hinfüro zu ewigen Zeiten allein mit dreyssig Zeltern sollen dienen, dadurch wir ihnen solchen Dienst mit zehn Zeltern genzlichen lindern und nachlassen. Derohalben gebieten und wollen endlich, dass von einem itzlichen Lehnmanne und einem jeden Burgsessen des vorgemelten unsers Glätzischen Landes die Dienste aufs

wenigste mit einem Zelter uns gänzlich bestellt und geliefert sollen werden uud auch dass ein iglicher Burgman unsers Schlosses zu Glatz ein vollkommen und ganz Burglehn haben solle, und welcher was weniges hat, dass er es einem andern verkauffte, dann wir wollen, dass hinführo dermassen Burglehne zukünfftiglich durch niemanden sollen geteilet werden aus ursache, dass durch Theilung sothaner Burglehn die Dienste, so uns davon zu bestellen gepflegt seyn, bisshieher gleich wie unvollkommlich und kaum die Helfte sein geleistet worden. Dess zu gezeugniss haben wir geschafft, diesen Brief zu verfertigen und mit unserm grösserem Innsiegel zu befestigen. Gegeben zu Munerstadt nach des Herrn Geburt im Jahr tausend dreyhundert fünff und zwenzik den vierthen Tag des Monaths Decembris.

Nach Köglers Abschrift aus einem Copialbuche der Privilegien der Grafschaft Glatz im Pischkowitzer Schloßarchiv.

1326.

Petze Vollmann stiftet einen Altar zu Ehren der hl. Barbara in der Glatzer Pfarrkirche mit einem jährlichen Einkommen von vier Mark, wofür auf demselben täglich eine hl. Messe gelesen werden soll.

Köglers Vermerk aus dem Vetus registrum super omnes census Altaristarum, Glatzer Pfarrarchiv T, Nr. 2, a.

1326. Avignon.

Ablaßbrief für die Kirchen zu Rengersdorf und Eisersdorf.

Dominicus dei gracia Patriarcha Gradiensis (cum XII episcopis in bulla nominatim scriptis etc.). Pia mater ecclesia de animarum salute solicita devocionem fidelium per quedam munuscula spiritualia, remissiones videlicet et indulgencias invitare consuevit ad debiti famulatus honorem Deo scilicet et sacris edibus impendendum, nam quanto crebrius et devocius illuc confluit populus cristianus, assiduis salvatoris graciam precibus et gloriam celestis regni consequi meretur eternam.

Cupientes igitur, ut ecclesie sanctorum scilicet Jacobi apostoli in Rengerzdorff cum sua filia sancti Martini in Eyserzdorff congruis honoribus frequententur et a Christi fidelibus jugiter venerentur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictas ecclesias in earum festivitatibus ac in nativitate Domini nostri Jesu Christi, circumcisionis, Epiphanie, purificationis Marie, parasceve, resurrectionis, ascensionis et Pentecostes, ac beatorum Petri et Pauli omniumque apostolorum nec non evangelistarum, Michaelis Ar-

changeli, Martini, Stephani, Laurencii, Nicolai, Georgii, Viti, Wenceslai, Adalberti, Procopii, quinque Fratrum ac etiam in omnibus festivitatibus gloriose virginis Marie, videlicet purificationis, annunciationis, assumptionis atque nativitatis, Marie Magdalene, Margarethe, Catharine, Barbare, Agnetis, Christine, Ludimille, Hedwigis, Cunegundis, Lucie, Elisabethe, undecim millium virginum, S. Joannis Baptiste et in dedicationibus ipsarum ecclesiarum et per octavas predictarum festivitatum octavas habentium, ac per omnes dies dominicos et in adventu Domini et quadragesime causa devocionis, peregrinacionis vel oracionis devote accesserint, aut qui corpus Christi vel oleum sanctum secuti fuerint, cum portatur ad infirmos, vel qui cemiteria dictarum ecclesiarum circuierint et oracionem dominicam pro omnibus fidelibus devote orantes dixerint seu qui in extremis laborantes prefatis ecclesiis aut uni earum quidquam suorum legaverint facultatum nec non qui ad fabricam vel fabricas, ornamenta, luminaria seu quevis alia dictis ecclesiis necessaria manus porrexerint adjutrices, vel qui in eorum testamentis vel extra aurum, argentum, vestimenta, librum, calicem seu quevis alia karitativa subsidia dictis ecclesiis donaverint, legaverint seu donari procuraverint, vel qui missis, predicationibus ibidem dominicis diebus et festis devote interfuerint et specialiter, qui pro salubri statu terre ac pro patrono et rectore ecclesiarum et qui has indulgencias dederunt seu ab eis obtinuerunt, seu animabus parentum, benefactorum suorum ac omnium fidelium defunctorum oracionem dominicam cum salutacione angelica pia mente dixerint, quociescunque vel ubicunque premissa vel aliquid premissorum devote fecerint, ac eciam, qui in serotina pulsatione campane flexis genibus ter Ave Maria devote dixerint, ac sabatho, qui missis de beata virgine devote orantes interfuerint, de omnipotentis dei gracia et misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi singuli nostrum quadraginta dies indulgenciarum de injunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus, dummodo dyecesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri.

Datum Avinione anno a nativitate domini m° ccc° XXVI indictione IX.

Nos vero divina miseracione Hynke prepositus et Henricus Decanus Pragensis ecclesie, administratores episcopatus ejusdem, predictas indulgencias ratas et gratas habentes, ipsas auctoritate, qua fungimur, confirmamus. In cujus

rei testimonium presentibus sigillum administratorum duximus appendendum. Datum Prage anno Dominni m°ccc°XXVI.

Abſchrift in einem 1480 gedruckten Meßbuche des Rengersdorfer Pfarrarchivs.

1327.

Quia dux Wratislaviensis Heinricus VI. heredes masculini sexus non habuit cum uxore filia ducis Austrie, ... nonnulli consuluerunt ...., quod .... subderet se Johanni regi Bohemie. Propter quod tractatus fiunt inter regem ipsum et ducem et tandem concluditur, quod dux Heinricus in odium fratris Wratislaviensem ducatum post obitum suum regi et regno Bohemiae resignavit. Et ideo rex in recompensam sibi Glacz cum suo districtu similiter ad vite sue tempora dedit duci.

Chronica principum Poloniae (Script. rer. Sil. I, S. 130.)

„Henricus (dux Wratislaviensis) considerans se adversus fratrem (Boleslaum, ducem Bregensem) ad debitum non posse tueri, Johannem Boemie regem accessit secumque tractatus tales inivit juxta tractatus quondam Henrici ducis Wratislaviensis, patrui patris sui, ut sibi civitatem et districtum Glacensem ad vite duntaxat tempora deputaret et Johannes Rex Boemie post mortem ejusdem Henrici Ducatum Wratislaviensem et ejus civitates atque provinciam pro se, regno et corona Boemie in perpetuum obtineret. Quos tractatus Rex Johannes gratanter acceptans, sibi civitatem et districtum Glacensem cum omnibus pertinenciis assignavit et vice versa Henricus prefatus Regem Boemie Johannem per fidelitatum homagia tam nobilium, quam civium, civitatum et districtuum predictorum securum reddit in premissis.

Chronicon Pulkavae (Dobner, Mon. III, S. 282). (cf. Palacky, Geſch. von Böhmen II, 2, S. 153.)

Tempore isto, quo rex Johannes moratus est in regno Bohemiae, venit ad ipsum Henricus VI, Dux Slesie, dominus civitatis Wratislavie habuitque cum rege tractatum de ducatus resignatione. Huic Rex Provinciam Glacensem ad tempora vite ducis possidendam pro ducatu assignat, sicque sibi deputat mille marcas argenti annis singulis a fisco regio, quoad vixerit, percipiendas. Herede quidem masculino tunc dux caruit, filias tantum habuit, plus quoque regi de ducatu quam Boleslao proprio fratri suo favit.

Chronicon Aulae Regiae (Dobner, Mon. V, p. 416). cf. Pubitſchka, Chronol. Geſch. Böhmens VI, p. 144 und Sommersberg, Script. rer. Sil. I, pag. 278.

1327, Februar 24. Böutung.

Die Gebrüder von Pannwitz erhalten von König Johann das Patronat über die Kirche zu Rengersdorf.

Nos Joannes dei gracia Boemie et Polonie Rex ac Lucemburgensis Comes scire volumus tenore presencium universos, quod dilectorum fidelium nostrorum Wolframi, Matthei et Titzkonis [1]) fratrum de Panevicz placita, que nobis hucusque exhibuerunt servicia, benignum convertentes in tuitum, ipsis jus patronatus, quod in ecclesia parochiali in villa nostra Rengersdorf Glacensis provincie nobis competit, et titulo, quo ad predecessores nostros quondam illustres reges Bohemie et consequenter ad nos pertinuit, de liberalitate Regia duximus conferendum, volentes, quod predictorum fratrum senior, quicunque pro tempore exstiterit, ipsam ecclesiam conferre, quandocunque vacaverit et jure fuerit conferenda, vel eis non exstantibus, quicunque ex predictorum Wolframi et Mathei heredibus senior fuerit, idipsum faciendi plenariam habeat potestatem: ipsis autem non forsitan exstantibus Senior heres predicti Tytzkonis prefatam ecclesiam conferre valeat pleno jure; favemus autem predictis fratribus et eorum heredibus ut predictum jus Patronatus cum predicta villa Rengersdorf, quandocunque eam alienare voluerint, vendere et in quamcunque personam sibi placuerit vendicionis titulo cum sepedicta villa Rengersdorf transferre valeant pleno jure. In cujus rei testimonium presentes litteras fieri et sigillo nostro majori jussimus communiri. Datum in Böutung anno domini 1327, sexto Calend. Martii.

Copia in Arch. parochiae Rengersdorf.

1327, August 2. Breslau.

In einer Urkunde, durch welche Herzog Heinrich VI. den Breslauer Rathmannen einen freien Brotmarkt zu Breslau gestattet, nennt sich derselbe dux Silesie, Wratizlaviensis et Glacensis terrarum dominus.

Cod. dipl. Siles. VIII, S. 14. — Vergl. auch Schles. Provinzialblätter 1849, Juliheft S. 28 und Lünigs Deutsches Reichsarchiv. P. Sp. Cont. IV. Th. II, Forts. S. 237.

[1]) Tytzko von Panevicz, Besitzer des Niederhofes (auch Vorderhof und Tobiashof genannt) in Rengersdorf, besaß zugleich die Herrschaft Homole und einige Antheile in Eisersdorf (das später sogenannte Saalhausgut) und Kunzendorf (Kleines Haugwitz'sches Familienbuch). Im J. 1346 war er Mannrechtsbeisitzer in Glatz. Er hinterließ 8 Söhne: Tytzko den Jüngeren, Dienhard, Hans, Thomas, Wolfram, Otto, Niclas und Matthias, sowie 2 Töchter, Gertrud und Itta, von denen erstere den Otto von Hugwitz, die letztere den Herrmann von Bela heirathete (Haugwitz'sches Stamm- und Linienbuch Bl. 3 u. 5).

1328, März 17. Glatz.

Heinrich von Muschin mit seiner Hausfrau verkauft 2 Zinshuben bei Wünschelburg, die Siebenhuben genannt, den Kreuzherrn des Hauses zu Glatz für 15 Mark.

Inn dem Nahmen des Herren Amen. Allen unnd Jedenn, so diesenn brieff sehen, lehsen oder hohrenn lesen, sey khund, das Ich Heinnrich von Muschin sampt meiner lieben haussfraw Kunygunda und mit rad meiner brueder und anderer meiner gutten freunde Nots halben Rechtt unnd Redlich zwo hubenn Agkers auff meinen guttern bey der Wunschelbergk, welche die Sieben huben genantt werdenn . . . . . denn Erwirdigen Mennern, den Creuzhern des Hauses zu Glaz umb funffzehen Margk vorkauft habe . . . unnd ein Iglicher besiczer der obgenannten huben soll den ehgedachten Kreuzhern forthin alle Jahr Iherlich funff vierdunge Zahlen. . . . . Ich bekhenne auch, Das Ich mich und meine erben mit diesem briefe Zu dem vorpflichtt habe, alle khonigliche Diennste ..... zu erfullen und AussZurichten. Und die obberürtten Creuzhern sollen dieselbigen Huhbenn mit allem Rechtt, damit Ich oder meine vorfahren dieselbigen gehabett, auch haben, allein diss Aussgenommen, Das sie den genanten Ziens . . . . nicht mehren, sondern, wie wir Ihn gehabt, auch haben sollen. . . . . Uhber das Alles bekhenne Ich Kunigund, ein Haussfraw desselbigen hern Heinrichs von Muschyn, das dis mit meinem gutten willen geschehen sey, das der ohben berurtte Zienss vorkaufft Ist, wiewol Ich meine morgengahbe In den vorgesagten huben gehabt habe. ..... Gegeben und geschehen zu Glaz nach Christi gePurt MCCCXXVIII am thage der heiligen Gertrud fur untten geschriebenen geczeugenn, Nemblich fur dem hernn Alberto von Pack, Burggrafen Zu Glaz vnd dem hern Thammone dem Jungern von Glaubicz, dem hern Johanne von Reno und fur Nicolas von Reno seinem brueder Und dem hern Henzko von Muschyn.

Grünes Privilegienbuch im Glatzer Rathhausarchiv Fol. 81.

1328, August 4. Brünn.

König Johann bestätigt der Stadt Glatz ihre alten Freiheiten und verleiht den Bürgern das Recht zur Verfolgung und Bestrafung von Landesbeschädigern.

Joannes Dei gracia Boemie et Polonie Rex ac Luczenburgensis Comes universis et singulis, quibus presentes exhibite fuerint, fidelibus suis graciam suam et omne bonum. Cupientes Civitatum nostrarum commodis et continuis incre-

mentis, prout culminis nostri requirit debitum, intendere ac ipsarum jura, gracias et libertates temporibus nostris non diminui, sed pocius augmentari, fidelium nostrorum Civium Glacensium, de ipsorum juribus, libertatibus et graciis quodammodo informati, gracias, si quas a nostris predecessoribus dive memorie Bohemie Regibus habent aut habuerunt, presentibus approbamus et concedimus, indulgentes eisdem omnes et singulos, cuiuscunque condicionis aut status existant, ipsorum violentos predatores in ipsorum Civitate et territorio occupandi, arrestandi ac eciam secundum justitiam judicandi plenam et liberam potestatem. Harum testimonio literarum datum Brunne Anno Domini Millesimo Trecentesimo vicesimo Octavo, secundo nonas Augusti.

Copien der Städteprivilegien im Glatzer Steueramt, collationirt 1613, Fol. 7a. — Privilegienbuch Nr. 2 (Glatzer Rathhausarchiv).

1328, December 20. Breslau.

König Johann schenkt dem Fleischer Ditmar zu Glatz wegen einer übernommenen Bürgschaft eine Fleischbank.

Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie rex ac Lucemburgensis comes ad universorum noticiam volumus pervenire, quod dilecto nobis Dytmaro carnifici civi Glaczensi de viginti sexagenis grossis Denariorum Pragensium, in quibus occasione nostri per fidelem nostrum Wygandum quondam de Buchleins, prout sufficienter edocti sumus, jam pridem dampnificatus extitit, ex debito satisfacere cupientes, Maccellum tercium ab acie lateris sinistri, dum ad ipsa Maccella intratur a domo ipsius Dytmari, quam nunc inhabitat, ex nunc de munificencia regia sibi et heredibus suis damus, conferimus et donamus post obitum illustris principis domini Henrici ducis Wratislaviensis liberum ab omni census cujusvis onere per ipsum heredes et successores suos habendum, tenendum ac perpetuis inantea temporibus quiete et pacifice jure hereditario possidendum, Inhibentes nostre gracie sub obtentu capitaneo seu Burgravio nostro Glaczensi, qui pro tempore fuerit, ac aliis quibuscumque, ne predictos Dytmarum, heredes aut ipsius successores contra hujusmodi libertacionis et donacionis graciam gravare presumant aliqualiter vel turbare. Concedimus eciam sepedictis Dytmaro, heredibus et successoribus suis antedictum maccellum sub libertate eadem vendendi, obligandi, donandi, legandi, permutandi, ac alias pro suo placito disponendi plenam presentibus facultatem, ratum et gratum habituri, quicquid per ipsos aut ipsorum alium in predictis factum fuerit aut eciam ordinatum. In

cujus rei testimonium presentes litteras fieri et nostro sigillo majori fecimus communiri. Datum Wratizlavie anno domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo in vigilia beati Thome apostoli.

Orig. Perg. im Glatzer Rathausarchive sub Nr. 1 der losen Urkunden. An einem Pergamentstreifen hängt ein gelbes Wachssiegel, darstellend einen geharnischten Reiter mit Schild. Umschrift größtentheils abgebrochen; hinten 3 Daumenabdrücke.

1330. Glatz.

Hannus bader quam in eyn gehegt dink vnd vorkaufte zeinem zon Haneman zeine badstube.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch.

Dy rotleute Nicolaus der lange, Gündel, Cunczil Bleyweger, Herman Keiser han gegeben Jekil Satilern daz haus, daz do leit bei den visbenken czu eym rechten erbe...

Ebd.

1330.

Erwähnung von Alberndorf, Slegilisdorf, Stynewicz, Wiese, im liber proscriptorum in curia Glacensi.

Kögler.

Grenilinus? (Gremil), scultetus in Hysinrici villa.

Ebd.

1331, September 29. Breslau.

Johann, König von Böhmen, bestätigt die Rechte der Erbwächter der Burg zu Glatz.

Johannes, dei gracia Boëmie et Polonie rex ac Lucenburgensis comes universis in perpetuum. Cum a nobis quod justum est petitur, ad assensum illius graciosius majestatis nostre animus inclinatur. Sane dilecti nobis vigiles originarii seu hereditarii castri nostri Glacensis graciarum, libertatum et jurium suorum privilegiales literas non habentes, omnia jura eorum, libertates quoque et gracias in carta quadam simpliciter conscripta a celsitudine regia petiverunt humiliter confirmari, nos autem, racionabilibus dictorum vigilum precibus favorabiliter annuentes, omnia et singula subnotata eis mandamus et volumus a burchravio Glacensi, quicunque fuerit pro tempore, firmiter observari. Debent igitur pauperes vigiles nostri predicti in villa Pilncze habere quatuor laneos minus tribus virgis et juxta curiam regiam tres virgas, ut sint quatuor lanei sic perfecti, de quibus per anni circulum vigilare tenentur octo persone in ipso castro nostro Glacensi. Burchravius autem, qui pro tempore fuerit, debet vigilibus eisdem unam magnam amphoram cerevisie ministrare seu facere ministrari. Solus autem procurator

castri pro tempore vigiles ipsos non vigilantes, sed potius dormitantes poterit pignorare. Pignus vero illud, cuicunque receptum fuerit, in sex tantum debet parvis denariis liberari. Non debent eciam ipsi vigiles arctari ad opus aliquod aut laborem, nisi ad molendum brasium et praxandum. Debent autem et possunt vigiles antedicti libere vendere, succidere et deducere lignorum silve nostre partem aliquam pro necessitate suorum et ipsorum famulorum eis serviencium calceorum. Volumus insuper, quod vigiles ipsi burchravii dicti duntaxat et non alterius sisti judicio teneantur. Succumbens autem in sentencia, solvet in pena octavum medium solidum denariorum parvulorum. Possunt eciam vigiles prefati civitatem nostram Glacz cum cuspidibus, gladiis et cultellis intrare, nec propter hoc eos liceat pignorare aliquem dicte civitatis judicem aut alium vice sua. Adicimus eciam statuentes, quod burchravius sepedictus, qui fuerit pro tempore, vigilibus sepedictis duo stamina panni grisei pro vestibus dare annis singulis perpetuo teneatur. Harum nostrarum testimonio literarum datum Wratislavie in die beati Michaelis, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo.

Nach dem in der Gemeindelade zu Piltsch vorhandenen Originale von Kögler abgeschrieben im Jahre 1796. (Das Original ist gegenwärtig nicht mehr aufzufinden!)

1331, October 19. (?) Glacz.

König Johann befreit das Dorf Radmericz von allen Abgaben und Lasten.

Bresl. Archiv liber perpetuorum de maj. N. 45. (Jacobi, Cod. epist. Johannis regis S. 95.)

1332. Glatz.

Cunrat Schonberk hat kauft anderthalbe mark czinses aller jerlich auf daz gerichte czur Lompnicz vnd auf alles daz gut, daz doreyn gehört; dez czinses zol Lebusch geben eyn mark vnd Jekil, Lebus brudir, eyn halbe mark.

Novi consules: Woluram Czeterwange, Volkel Jerling et Jacobus de Cunczendorf.

Nikil Mölstein hat gekauft eyn mark czinses wider Petern Scheffelern auf eylfte halbe rute zeines erbes.

Bertolt der schultheis von nydersten Henningstorf hat kauft eyne mark czinses aller jerlich wider Seifriden den schultheisen auf zein hube, dy do dynet mit den richtern.

Aelteſtes Glatzer Stadtbuch.

1333. Glatz.

Jocob von Brunau sprach dy stege an in eynem gehegten dinge, dy do geen vbr dy Nyse nydwendik dem öbrsten were mit rechte; do sprach wider Jacob von Cunczendorf vnd Woluram Czeterwangen mit rechte vnd gewünnen ym dizelben stege an mit rechtem vrteil.

Heinczil von Wünschelburk hat kauft wider hern Niklos vnd Heinrich, hern Reuberen züne von Wünschelburk, eine mark czinses aller jerlich czu eyme rechten erbe, dy zi hatten kauft wider Ospranden den voit von Wünschelburk auf zein gerichte vnd auf alles zein gut.

Engol, dy Gundels hausvrawe gewest ist, hat gekauft eynen virdunk aller jerlich auf Hennel Buches halben Garten, der do leit in der Frankenbergisschen gassen, czu yrem leibe, vnd noch yrem tode zol her geuallen den ausseczigen, den zichen.

Consules: Jacobus de Cunczendorf, Gunczlinus de Alberndorf, Johannes Czeterwange et Nicolaus de Gerungswalde.

Hannus, Baldewins aidem, hat gekauft wider Apeczen dez schultheisen zon von Henningstorf aller wöchelich einen scheffel kornes auf alle zein gut, daz her hot czu Henningstorf.

Aelteſtes Glatzer Stadtbuch.

1334, September 12. Apud St. Hubertum.

König Johann bestimmt wegen der treuen Dienste der Glatzer Ritterschaft und der Unfruchtbarkeit des Landes, daß bei einer allgemeinen Steuer, Berna genannt, im Glatzer Lande von jeder Hube nur ein Vierdung gegeben werden soll.

Nos Joannes dei gracia Bohemie et Polonie Rex et Lucemburgensis comes ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod grata promptaque fidelitatis obsequia, que fideles nostri dilecti universi nobiles, videlicet milites et armigeri territorii seu districtus Glacensis, nobis exhibuerunt hactenus et exhibere poterunt et debebunt in futurum, interna mentis consideracione pensantes attendentesque ejusdem territorii, quoad fructum proferendum, sterilitatem non modicam, prefatis nobilibus territorii Glacensis, ut ipsi continuis proficere valeant incrementis et nostris nostrorumque successorum, Regum Bohemorum serviciis insistere debeant, hanc graciam duximus perpetuo faciendam, videlicet quod quocienscunque nos aut heredes vel successores nostros Reges Bohemie collectam generalem, que Berna volgo dicitur, in regno Bohemie imponere continget, quod ipsi

nobiles de quibuscunque bonis eorum, sitis in dicto districtu Glacensi, de quolibet manso seu laneo unum fertonem dumtaxat, sedecim grossos Pragenses computando pro fertone, Camere Regie in perpetuum dare et solvere teneantur et quod ad solvendum ultra fertonem nos, heredes vel successores nostri aut aliquis officialium nostrorum eos compellere non possimus vel arctare, non obstantibus quibuscunque juribus, consvetudinibus, privilegiis, statutis, ordinacionibus vel edictis, quibusque, quantum hujusmodi gracie nostre obviarent, esse et intelligi volumus totaliter derogatum, mandantes et districte precipientes Capitaneis, Camerariis, Judicibus, Collectoribus seu Receptoribus Berne ceterisque officialibus nostris quibuscunque, qui fuerint pro tempore, quatenus prefatos nobiles territorii Glacensis in predicta gracia nullatenus molestare seu turbare debeant vel presumant indignacionem regiam et penam gravissimam incursuri, si quis huic concessioni seu gracie presumpserit aliqualiter contraire. In cujus rei testimonium presentes fieri et sigillo nostro jussimus communiri. Datum apud sanctum Hubertum Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto feria secunda post festum nativitatis beate Marie virginis proxima.

Nach einem Vidimus des Braunauer Abtes Jacobus von 1514 feria tercia post Elisabeth (Pergamenturkunde Nr. 42 b im Glatzer Rathhausarchiv).

1334, September 12. Apud St. Hubertum.

König Johann verleiht den Bürgern von Glatz freie Verfügung über das Gericht daselbst und über dessen Gefälle.

Nos Joannes Dei gracia Bohemie et Polonie Rex ac Luczenburgensis Comes ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, Quod cum dilecti fideles nostri Cives Civitatis nostre Glacensis judicium dicte Civitatis in Glacz, de cuius judicii proventibus et emendis nos duos denarios et ipsa civitas tercium denarium habere dinoscimur, a dilecto nobis Friczkone dicto Voyt iusto emtionis titulo compararint ac a nobis postularint humiliter et devote, ut ipsis Graciose concedere dignaremur, quod ipsi de dicto Judicio et tercio denario eorum inde obveniente ordinare et disponere valeant iuxta eorum beneplacitum voluntatis, Nos itaque huiusmodi eorum supplicacioni tam rationabili atque juste de Regalis mansuetudinis clemencia annuentes, concedimus, favemus et graciose indulgemus Civibus dicte civitatis, ut ipsi de predicto judicio ac proventu tercii denarii eiusdem autoritate presencium ordinare, facere et disponere vendendo videlicet, locando, exponendo, committendo vel in quamcunque personam quocunque jure vel titulo transferendo plene valeant ac possint pro eorum libito voluntatis, ratum, firmum atque gratum inviolabiliter habituri, quicquid per dictos Cives de prefato judicio et tercio denario ordinatum et dispositum fuerit atque factum.

In cuius rei testimonium presentes fieri et sigillo nostro jussimus communiri. Datum apud sanctum Hubertum secunda feria infra octavas Beate Marie Nativitatis festi proxima Anno Domini Millesimo trecentesimo tricesimo quarto.

Copien der Städteprivilegien im Glatzer Steueramt, collationirt 1613. — Privilegienbuch Nr. 2 im Glatzer Rathhausarchive, Fol. 4 b.

1334, September 12. Apud St. Hubertum.

König Johann bestätigt den Bürgern von Glatz den Besitz von 60 Hufen und trifft Bestimmungen über die von denselben zu entrichtenden Abgaben.

Nos Joannes dei Gracia Bohemie et Polonie Rex ac Luczenburgensis Comes universis presentes litteras inspecturis esse volumus manifestum, quod cum dilecti fideles nostri Cives Civitatis Glacensis per longam temporis prescriptionem, a qua non extitit memoria, sexaginta mansos agrorum Civitati eorum admensuratos, qui pro parte siti sunt inter rubrum montem et predium dictum Freudenaw, et pro parte ultra fluvium Nisse versus partem Polonie, sub certis juribus et censibus solvendis Regie Camere, a nobis et predecessoribus nostris Bohemie Regibus possedissent nobisque cum instancia supplicassent, ut super eorundem mansorum possessione et jurium ac censuum solucionis declaratione, nostras ipsis concedere litteras dignaremur, Nos vero ipsorum rationabilibus et justis inclinati supplicationibus, ut omnis per hoc questionis et dubitationis materia hinc inde de medio tollatur, prefatis civibus civitatis Glacensis predictos sexaginta mansos pertinere declaramus, donamus et de novo attribuimus, confirmantes ita videlicet, quod omnes illi, qui tenent et possident in presenti aut possidebunt in posterum dictos mansos sitos a dicto Rubro monte usque ad predium Freudenaw, habentes latius terre spacium, quod vulgariter Oberschar dicitur, de quolibet manso tres fertones et unum lotonem, computando sedecim grossos pragenses pro fertone quolibet, Regie Camere annis singulis debeant solvere, videlicet super quolibet festo sancti Michaelis mediam marcam et unum lotonem et super festo Walpurgis unum fertonem expediant et persolvant; omnes autem et singuli possidentes vel posses-

suri dictos mansos sitos ultra fluvium Nisse, nobis ac Camere nostre de quolibet manso tres fertones numeri et pagamenti supradicti videlicet super festo sancti Michaelis mediam marcam et super festo Walpurgis unum fertonem annis singulis census nomine dare et solvere omnimodo debeant et teneantur et facta solucione huiusmodi quovis anni spacio, ut premittitur, predicti possessores mansorum de cetero ab omnibus oneribus et obsequiis realibus et personalibus ac privatis esse liberi debeant et exempti, eo excepto specialiter et excluso, quod iidem cum civibus et civitate Glacensi onera et obsequia communia ipsis imposita et imponenda supportare debeant iuxta eorum facultates equaliter et subire, a quorum onerum seu gravaminum supportacione supradictos possessoros mansorum predictorum nullatenus volumus esse liberos et immunes. In cuius rei testimonium presentes fieri et sigillo nostro jussimus communiri. Datum apud sanctum Hubertum feria secunda proxima infra octavas beate Marie Virginis festi Nativitatis Anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo quarto.

Copien der Städteprivilegien im Glatzer Steueramte, collationirt 1613. Fol. 7b. — Privilegienbuch Nr. 2, Glatzer Rathhausarchiv Fol. 2.

1334, September 12. Apud St. Hubertum.

König Johann bestätigt der Stadt Glatz die Fischerei in der Neisse und Weistritz.

Nos Johannes dei gracia Bohemie et Polonie Rex ac Luczenburgensis Comes notum esse volumus tenore presencium universis, Quod cum fideles nostri Cives Civitatis Glaczensis piscationem in fluvio Nisse, que incipit a Rubro monte et per eandem aquam usque ad Villam Marisschaw continuatur, ubi territorii Glacensis termini finiuntur, et piscationem in fluvio Weistricz, que in Villa Schweidlerdorff incipit et per eundem fluvium usque ad alveum Nisse continuando terminatur, per longam temporis prescriptionem juste, rationabiliter et pacifice possedissent nobisque cum humili instancia supplicassent, ut super earundem piscationum possessione et usufructu et jurium ipsorum declaracione ipsis nostras litteras dare et concedere dignaremur, Nos itaque tam iustis quam rationabilibus eorum supplicationibus benignius inclinati utque omnis per hoc dubitationum et questionum materia de medio hinc inde amputetur, prefatis Civibus nostris Glacensibus prefatas piscationes pertinere declaramus easque ipsis donamus et de novo attribuimus, confirmantes per ipsos Cives Glacenses tenendum, habendum,

regendum, gubernandum, possidendum et utifruendum libere, pacifice et quiete, sic quod ipsi Cives duntaxat et nulli alii de memoratis piscationibus intromittere se habeant aut disponere debeant quomodolibet seu ordinare, mandantes et firmiter precipientes universis officialibus et fidelibus Glaczensibus aut aliis quibuscunque, cuiuscunque dignitatis seu preeminencie existant, ut dictos Cives nostros in prenominatis eorum piscationibus impedire seu molestare non debeant aliquatenus vel presumant, Indignacionem Regiam et penam gravissimam incursurus, si quis contrarium presumserit attentare. In cuius rei testimonium presentes fieri et nostro sigillo iussimus communiri. Datum apud sanctum Hubertum feria secunda infra octavas Nativitatis Beate Virginis Marie Anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo quarto.

Copien der Städteprivilegien im Glatzer Steueramt, collationirt 1613. Fol. 9b. — Privilegienbuch Nr. 2, Glatzer Rathhausarchiv Fol. 6.

1335. Glatz.

Consules Glacenses: Woluramus Wolkelius, Nicolaus Adelheyd, Jacobus Rüker. — Neve Heinrich giebt einen Stein Unschlitt von einer Fleischbank zur Pfarre zu Glatz ewiglich.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch.

1335.

Arnustus de Pardubicz et de Scara, pater archiepiscopi Arnesti, Castellanus totiusque Glacensis districtus Praefectus, mortuo Henrico duce Wratislaviensi ab ipso Carolo anno 1335 (Weleslavinus, 30 Junii) Glacii praesente delectus, in gravibus illis inter Joannem regem patrem et Carolum filium dissidiis, tam circumspecte utrique se parti probavit, ut arcem munitissimam (Glacium) in obsequio filii teneret, rege tamen patre praecipite alioquin et irae suae impotente principe perbenevolo uteretur.

Balbinus, Vita venerab. Arnesti 1664, pag. 11.

1335, Nov. 25.

Der letzte Herzog von Breslau, Heinrich VI., stirbt. König Johann schickt daher den Markgrafen Karl ab, um von Heinrichs Ländern Breslau und Glatz, dem im Jahre 1327 geschlossenen Vertrage gemäß, Besitz zu nehmen, was auch ohne irgend ein Hinderniß vollzogen wurde.

Palacky, Gesch. v. Böhmen, II, 2, S. 208.

1335—36.

Illo tempore misit nos pater noster cum pulchro exercitu super ducem Slezie nomine Polconem, dominum Munsterbergensem. Nam ille dux non erat princeps neque vasallus patris nostri et regni Boëmie. Pater tamen noster acquisierat civitatem Wratislaviensem per dominum Henricum septimum, ducem Wratislaviensem, qui heredes non habebat. Et idem dux acceperat in donum Glacense territorium temporibus vite sue voluitque pocius predictam civitatem ac ducatum patri nostro et corone regni Boemie perpetuo applicare quam fratri suo Boleslao dimittere, quia ipse et frater suus mutuo sibi inimicabantur.

Vita Caroli IV imperatoris (Fontes, rer. Boh. III., S. 350.)

1336.

Tractatum est inter regem Bohemiae et eundem ducem (Bolkonem II, ducem Munsterbergensem) taliter, quod Glacz cum suo districtu datum est sibi ad tempora vite sue; cum omnibusque suis heredibus vasallus[1]) regis Bohemie atque regni factus est. Processu quoque dierum mortuus est in Monsterberg anno domini MCCCXLII° et sepultus est in Heinrichav.

Chronica principum Poloniae (Script. rer. Sil. I., S. 124.)

1336. Glatz.

Nikil Mölstein gab in eynem gehegten dinge zeiner hausvrawen Elizabet eyn dritteil in al zein gut.

Cvnrat Bleiweger von Alberndorf gab zeiner hausvrawen Aluschen czwei mark czinses aller Jerlich.

Cvnrat von Alberndorf hat kauft czwu mark czinses aller jerlich auf Hanneman baders badstube, dy do leit bei den Fleischbenken.

Heinczil von Wünschelburk hat kauft eyn mark czinses aller jerlich wider Bartholomeum den voit von Wünschelburk auf zein halp gerichte.

Her Conrat der kummeteur czu Glacz vnd zeine bruder haben gekauft eyne halbe mark czinses aller jerlich wider Lebuschen den schultheisen von der Lompnicz auf zein halbes gerichte.

Zeidelman von Volprechstorf hat gekauft eyne mark

[1]) Bolko trägt 1336, den 29. August, sein Land dem Könige Johann als Lehn an. Cf. Grünhagen und Markgraf, Lehns- und Besitzurkunden Schlesiens, 1883, II., S. 128.

czinses aller jerlich wider den schultheisen vom Neunwalterstorf.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz.

1336, Juli 22. Seveld.

König Johannes verleiht der Glatzer Ritterschaft das Patronatsrecht an allen Orten außer Glatz, Habelschwerdt, Landeck und Wünschelburg.

Johannes Dei gracia Boemie Rex, Lutzenburgensis Comes etc. Fidelibus nostris Vasallis provincie Glacensis graciam regiam et omne bonum. Animadvertentes fidei, puritatis et obsequiorum vestrorum constanciam, quibus in oculis Regis non modicum placuistis, pensantesque equo mentis nostre libramine, vos digne libertatum attollere premiis, quos meritorum exuberans beneficium gratos nobis exhibet in omnibus atque charos, horum itaque consideratione vobis graciam facimus specialem, concedentes vobis, in vosque et heredes vestros perpetuo transferentes jus Patronatus et presentandi plenamque et liberam dantes presentibus facultatem, quatenus quisque vestrum omnia et singula Ecclesiastica beneficia in bonis suis in terra Glacensi sita, cum vacaverint, authoritate propria utpote verus legitimus Patronus concedere, ad ipsa presentare, de eisque disponere libere valeat personam idoneam suo conveniente proposito pro sue libito voluntatis, sine alia nostra vel successorum nostrorum aut aliorum quorumque requisicione, licencia aut mandato, exceptis Glacens. Habelswerdens. Landecens. [et Wünschelburg.][1]) Civitatum Ecclesiis duntaxat, quas presentationi nostre et successorum nostrorum penitus reservamus, Promittentes vobis pro nobis, successoribus nostris, vos et heredes vestros contra hujusmodi nostram donacionem non molestare, impedire nec molestari, impediri seu gravari per quempiam permittere. Hortamur itaque Dominum Episcopum Pragensem et eorum, quorum interest vel interercrit, presentes et futuros, quatenus ad presentationem vestram ..... personas presentandas per vos ad ipsa Ecclesiastica beneficia, quamprimum vacaverint, sine difficultate aliqua, exhibitis ceremoniis et solemnitatibus, que in hiis adhiberi consueverunt, debeant confirmare. Nullum igitur fidelium nostrorum liceat hanc concessionis nostre graciam infringere aut ex ausu temerario quandolibet preterire; indignacionem Regiam et penas gravissimas pro motu nostro infligendas, si secus quispiam attentare pre-

[1]) In der deutschen Uebersetzung ist auch Wünschelburg genannt.

sumpserit, se noverit irremissibiliter incursurum. In quorum omnium testimonium atque robur perpetuo valiturum litteras presentes conscribi et nostri sigilli munimine jussimus communiri. Datum in castris Seveld in Festo B. Marie Magdalene Anno 1336.

Copie im Glatzer Pfarreiarchive sub Litt. M. Nr. 1 a. Deutsche Uebersetzung ebendaselbst unter demselben Zeichen.

1336, November 15. Glatz.[1])

Herzog Bolko von Münsterberg überläßt dem Stifte Camenz das supremum judicium provinciale auf allen Besitzungen desselben.

Datum Glacz anno domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto, XVII° Kalendas Decembris.

Orig. Perg. mit anhangendem Reitersiegel des Herzogs im Staatsarchiv zu Breslau. (Cod. dipl. Sil. X, S. 127.)

1337. Glatz.

Consules: Hildebrandus, Johannes Czeterwange, Cunczil Bleyweger, Jacobus Mangnus.

Nikil Cvnrat, eidem bleywegers, hat gekauft eyn halbe mark czinses aller jerlich auf Merteins hof dez bemen von Lawicz.

Hennil, Hannos Czeterwangen eidem, quam in eyn gehegt dink vnd gab zeiner hausvrawen Kathereyn eyn dritteil in al zein gut.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch.

1337.

Der Richter Johannes Eckil zu Glatz, erwähnt in dem pergamentenen Fundations-Zinsbuche von 1337 auf dem Glatzer Rathhause.

(1337.)[2]) Glatz.

Orlnitzer hat bescheiden zu der pfarre .... eyne vleischbank .... zv eyme ewigen lichte .... vor gotiz lichnam ....

Philippus statschreiber hat gekouft .... wider Lebusch den schultheissen von der Lomnitz eyne mark czinses .... eyne halbe mark zv der pfarre vnd di andre halbe mark, di sal ufheben wer der pfarre pfleger ist vnd sal domite cleyden arme leute ....

Henrich der pfarrer von Eberhardisdorf hat gekouft .... aller jerlich czwo mark czinses .... Nach sime tode sal eyne

[1]) cf. Sommersberg, Script. rerum Sil. I., S. 157.

[2]) Möglicherweise fallen einzelne der nachfolgenden Verhandlungen einige Jahre später, doch nur bis 1346.

mark gevallen czv der pfarre vnd eine czv der steyninen brucken.

Dise schrift bewert, daz di schultheissinne von dem nidern Sweidelerdorf ... hat bescheiden aller jerlich einen virdvnk czinses czw der pfarre.

Dise schrift bewert, daz her Reynhart der pfarrer von dem Nevwen rode hat gekouft aller jerlich eyne mark czinses, ... nach sime tode sal si halp gevallen czv der pfarre vnd halp czu dem spitol ...

Jacobus von Cvnczendorf ist schuldik der pfarre alle jar czwene grosse pfenninge ...

Der mulner in der nevwen mul ist schuldik der pfarre alle jar eynen grossen pfennink ....

Niclos der lange ist schuldik von Vrodenowe aller jerlich czehen grosse pfenninge vnd acht haller.

Dyze schrift bewert, daz Heinnus Colbil quam yn eyn gehegt dink vnd besyht dorinne der pharre noch syme tode vnd syme wywes eyn virdunk cinses aller jerlich vnd den wzsechzygen (Aussätzigen) eyn halben virdunk vnd czu der bruchen eyn halben virdunk ...

Israel cramer hat bescheyden czu der pfarre ewiclichen eyne brotbank; ... von demeselben czinse, der von der brotbank gevellet, sal man ewiclichen halden wandelkerczen noch Israels tode.

Cristeyn, di Hildebrandes Czeuschners hausvrowe gewest ist, hat bescheyden .... zwey teil eyner brotbank .... czu der pfarre; dovon sal man czevgen wandelkerczen ....

Di Symonnine von der Wiltsch hat bescheiden .... czu der pfarre eyne mark czinses aller jerlich noch irem tode ufe daz erbe czv Hassitz ....

Ewstan (Eustach), dez reichen Walthers svn, hat bescheiden czu der pfarre eyne brotbank, di itzvnt innehat Katherin mit de crvmmen vuessen; der Titzinne swester von Brvnow vnd Katherin der Sidelerinne tochter di sullen diselbe bank innehaben czv ir beider leibe. Welche under in e stirbet, so wirt di bank halp ledik der pharre, wenne denne di ander stirbet, so wirt daz ander halbe teil ledik der steyninen brucken.

Pergamentenes Fundationszinsbuch in 4° (beginnend 1337) im Magistratsarchiv zu Glatz.

1337, Januar 8. Breslau.

Herzog Bolko bestätigt die Glatzer Rechte, wie sie zur Zeit seines Oheims Heinrich bestanden haben.

Nos Bulco Dei gracia Dux Slezie et Dominus de Furstenbergk et de Munsterbergk Volumus Nobiles, feudales, Scultetos, Burgenses et alios totius terre Glacensis homines circa omnia et singula illa Jura dimittere, quibus fructi sunt patrui nostri domini Heinrici olim ducis Wratislauiensis diue memorie temporibus et gauisi. Datum Wratislauie Anno domini Millesimo Trecentesimo trigesimo septimo, sexto Idus Januarii.

Copien der Städteprivilegien im Glatzer Steueramt, collationirt 1613. Fol. 6.

1337, Juni 24. Glatz.

Titzko v. Panewitz giebt den Kreuzherrn zu Glatz 1 Mark jährlichen Zinses von 1½ Huben Ackers zu Waltersdorf bei Habelschwerdt.

Wyr Peregrinus von Peterschwalde, Burggraf zu Glacz, ... bekennen und thuen kund, ... das der gestrenge und ehrenveste Ritter Her Ticzko von Panvycz vor uns kommen yst ... und hatt offentlich bekhand, das er der ehlichen und thugentsahmen Matronen Fraw Pecze und Ihren khindern, von Reichnaw genant, eine glaczische Marck zu einem ewigen jerlichen Ziens .... von anderthalb huben ackers zu Waltersdorff bey Habelschwerd des weichbildes Glacz Inn seinen guttern verkhaufft habe, welche Mark jerlichen Zienss die obgenannte fraw sampt Ihren kindern fur uns freiwillig auffgegeben vnd den geistlichen bescheidenen mennern der kreyczhern und Ihrem Hause zu Glocz uberreicht .... ann Stad einer marck Ziens, welche die Creuczhern vor Zeitten auff Ihren guttern zu Slegelsdorff von wegen eines Testaments des Ehrsamen Dieners Systranck genant, sehliges gedechtnus, gehabt habenn .... Gegeben zu Glacz In kegenwertigkeitt der gestrengen vnd ehrenvesten Henseln von Bela, Ticzkone von Tschischwicz, Rittern, Seffriedus von Knohbelsdorff, Ottonis des Jungen vonn Glaubicz, Kilian von Haugwicz und andern glaubwirdigen, nach Christi unseres lieben hern geburtt tausent dreihundert und Im Sieben und dreissigisten Jahr am thage Johannis des teuffers.

Grünes Privilegienbuch Fol. 88 (Glatzer Rathhausarchiv).

1337, Decbr. 4. Breslau.

Herzog Bolko befreit die Bürger von Glatz, Landeck und Wünschelburg für seine Lebenszeit von allen Bernen und bestätigt ihre Privilegien.

Nos Bolko dei gracia dux Slezie, dominus de Furstenberg et de Monstirberg, cives civitatum Glacz, Landeke et Wonschilburg ab omnibus et singulis bernis in antea cunctis

vite nostre temporibus dimittinus liberos et exemptos, promittentes ab eisdem deinceps nunquam aliquam bernam exigere ipsosque penes omnia et singula per dominum nostrum illustrem regem Bohemie, dominum Henricum ducem Wratislaviensem et nostra ipsis data privilegia et litteras dimittere et irrefragabiliter conservare. Testes hujus sunt dominus Henricus de Huguwicz, Heynmannus de Petirswalde, Hanco de Knoblochsdorf et Petrus curie nostre notarius.

Datum Wratislavie feria quinta infra octavas beati Andree anno domini millesimo CCCXXX septimo.

Nach der Abschrift Köglers aus dem anscheinend verlorenen Pergament-Copialbuch des Schulmeisters Nicolaus Naso v. J. 1424 im Rathsarchiv zu Glatz.

1338. Glatz.

Novi consules: Jacobus de Hawlswerda, Nikil Molstein, Mertin Geuman, Henczil de Wünschelburk.

Heinczil von Wünschelburk hat kauft aller jerlich eyn halbe mark czinses auf Hannus Borsen melczhaus.

Di rotleute des jares han geben Heinrich Langnehaw den wek hinder zeiner stuben, der do von alder gangen hat czu der statmuer alzo; verre, ab zein dy stat bedarf, zo zol her es yn entraumen.

Katherein, Ditmars hausvrawe, hat kauft eyn halbe mark czinses aller jerlich auf peter Stynowicz hof.

Jokil Turgaw hat kauft eyne mark czinses aller jerlich wider Hannus Turgaws eidem; vür di zelbe mark czinses seczczit derzelbe Hannus dem vorgenanten Jokel daz czwelfteil dez erbes, daz her hat mit hern Jacob von Cunczendorf.

Nikil Molstein hat kauft eynen virdunk czinses aller jerlich wider Heinrich von Neidekke auf zeinen garten, der do leit in der Kunigshainer gasse.

Nikil Mölstein hat kauft aller jerlich eyne halbe mark czinses auf dem melczhaus, daz leit auf der ekken kegen Nikil Bruer vbr in der sweidlergassen.

Nikil Molstein hat kauft eyn halbe rute czwenczik wider hern Jacob von Cunczendorf. Dezzelben erbes leit virczendehalbe rute hinder dem hofe vnd dy weze leit bei Henningstorf.

Nikil Mölstein hot czwei schok pfenninge auf Philip, Peter Vetterlyns zons, erbeteil, daz her czu Glacz hat an dem hofe, do zeine mutter inne syczt, vnd an der halben kaufkamer, dy Philip statschreiber ynne hat.

Cunczil Huter hat kauft aller jerlich eyn halbe mark

czinses auf Merteyn Sneiders hof, der do leit an der ekken in der pfaffenbergisschen gassen.

Seifrid von Cunczendorf hat kauft alle jerlich eynen virdunk czinses auf Laurencz smides hof.

Hannus Freiberk hat kauft wider Seifriden von Bertoldorf zeinen garten, der do leit auswendik dem pfaffenbergisschen tore.

Dy fleischhauer zullen gemeinlich eyn rinne halden czwisschen den fleischbenken vnd Hannemans badstuben, alzo daz dem gebüede Hanmans kein schade geschee.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch.

1338, Mai 21.

Heinaczco von Reichenbach übergiebt dem Pfarrer Leo zu Kunzendorf 2 Mark Zinses.

Noverint universi presencium noticiam habituri, quod dominus Hermannus de Richenbach pater noster pie recordacionis, dum adhuc viveret, attendens dictum libri Machabeorum: Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare volensque anime sue salubriter consulere se committens orationibus sacerdotum devotis, duas vero marcas perpetui testamenti domino Leoni plebano in Cunczendorf suisque omnibus successoribus legavit, donavit condiditque perpetuo habituras. Nunc autem nos Heynaczco de Richenbach volentes esse participes orationum sacerdotum predictorum domino Leoni ac suis successoribus predictis prefatas duas marcas videlicet unam in festo Walpurgis, alteram vero in festo sancti Michaelis de censu nostro in dicto Cunczendorf assignamus, videlicet quod scultetus dicte ville ipsi plebano quolibet anno presentabit propria in persona. Addicimus vero, quod quandocumque alibi ubicunque duas marcas perpetuas hiis equevalentes predicto plebano ac suis successoribus assignavimus, quod prefate due marce sint libere et solute. Ne autem nostri liberi successores iam dictum contractum impediant aut infringant, hanc litteram nostro sigillo fecimus roborari. Datum in die ascensionis domini anno eiusdem M° CCC° XXXVIII°. Testes hujus sunt Sysillus Longus, Pecz Schober, dominus Henricus de Bancz, dominus Johannes procurator, dominus Johannes Glancz, dominus Henricus plebanus de Bertoldi villa sacerdotes, dominus Henricus de Zickin? viceplebanus de Richenbach, qui hunc contractum habuit in commisso, et alii quam plurimi fide digni.

Orig. Perg. in einem Actenstücke des Glatzer Rathhauses betr. die Stadtpfarrkirche. Am Pergamentstreifen hängt ein stark beschädigtes kleines Wachssiegel.

1339, Mai 26. Glatz.

Herzog Bolko verpfändet seine fürstlichen Rechte in den Dörfern Banau und Johnsbach an die Gebrüder Heinrich und Dietrich von Rachenau.

Actum et datum Glacz ..... anno domini millesimo CCCXXX nono in vigilia Corporis Christi.

Orig. Perg. mit dem Reitersiegel des Herzogs im Staatsarchiv zu Breslau. (Cod. dipl. Sil. X, S. 135.)

1339, Juli 6. Prag.

Privilegium des Königs Johannes wider unrechte Pfändung.

Wyr Johannes vonn gottes gnaden Khenig zu Behaimb, Graff zu Luzenburgk etc. thuen khund Allenn unnd Izlichen, so mit diesem briefe ersuchtt, Das wir der Manschafft, Edelleuten und Lehenstregern, unsern lieben getreuen im glezischen weichbilde verordenten, Ihn genehdiglich vorZustehen begierig gewehsenn, Gepitten und haben Ihnen Ernstlich Auffgelehgett, das sie sampt mit einander verpunden, von unrechter pfendung, welche alle diejhenigen, so auss vorersuchunge des erleuchten fürsten Herrn Pollicenus? (Bolko), furst in Slesienn und Herzog zn Monsterbergk, unseres geliebtten fürsten, under eines anderen behelff im glezischen gepitt oder weichbilde, oder auch auserhalb desselbigen Ihn beizubringen sich bevleissen, Einander helffen sollenn unnd sich ferner oder Inn Zukhunfft vonn solchen ungerechtigkeitten unnd gewalt vleissiglich verwahrenn, darin wir den Mannen unsern lieben diensthafftigen genzlich verheischen, allen schaden unnd khosten, so auff solche unrechte Pfendung zu weigern ergangen, genehtiglich wieder Zu erstatten hie mit Zeugnus unseres briefes, geben Prag am negsten Dienstag nach dem Feyer S. Peter des Zwelffbothenn, Nach Christi gePurtt Tausentt Dreyhundert unnd Im Neununddreissigisten Jahre.

Grünes Privilegienbuch im Glatzer Rathhausarchiv fol. 3.

1340.

Johannes, Glatzer Dechant und Pfarrer zu Rengersdorf, wird von Friczko Lewenstein, Besitzer des Richtergutes in Rengersdorf, ermordet.

Köglers Vermerk aus dem liber proscriptorum in curia Glacensi.

1340. Glatz.

Consules Novi: Cunradus Herolt, Johannes Ekkel, Johannes Czeterwange, Nicolaus Woluram.

Engel dy Gündelinne hat eynen virdunk czinses aller Jerlich auf Peczen Polsnycz hof czu yrem leibe. Noch yrem tode zol der czins geuallen an daz spital czu eynem Ewigen zelgerete.

Henel Leupolt hat gekauft eynen virdunk czinses aller-Jerlich auf Laurenczen hof, der do leit Bei dem frankenbergischen tore.

Menczil Lywsten hat kauft den garten, der do leit vnder dem anger, czu eynem rechten erbe wider dy Jacob Rükeryne vnd yr kinder.

Nikil Völkils öme (Oheim) hat gekauft den hof dez pfarrers czu Piscowicz.

Katherein, Nikils hausvrawe Bei dem tore, hat gekauft eyne halbe mark czinses auf das melczhaus Hannus von Piscowicz.

Menczil Lywste hat kauft eyne halbe hube wider Rudol von der Wilcz, dy do leit ken Willemstorf an dem tore.

Agnit Stokkitelinne hat kauft eyn halbe brotbank, dy do leit di virde von dem gange, der do get durch di kaufkamern vnd leit an den kaufkamern ken den kramen; dy wil zi nüczen, di weil zi lebt. Noch yrem tode zol zi geuallen an das spital.

Dy voytynne von der Landiskrone hat gegeben noch yrem tode dy zechste brotbank dem spital czu eym ewigen zelgerete.

Jekil Czigeler zol geben alle iar von zeinem hofe vnd von czweien kalkofenn Eyn malder kalks der stat.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz.

Cc. 1340. Glatz.

Fritsche Jerlink ist schuldik dem spital aller jerlich einen virdunk vnd vumf mark czinses von Stynewitz.

Jacobus von Hawelswerde ist schuldik deme spital neun virdunge czinses aller ierlich uf sin erbe, daz do leit zv Pfaffendorf.

Seiselher der lange ist schuldik deme spitale allerierlich eyne mark czinses uf sinen hof, der do leit in dem andern ringe.

Die vleischhower sint gemeinlichen dem spitale schuldik allerierlich czwei schok pfeninge von des kuttelhoves wegen.

Nicloz der lange ist schuldik deme spitale allerierlich eyne halbe mark czinses von Vrodenowe.

Herman Keyser ist schuldik deme spitale allerierlich

eynen halben virdunk czinses von der vberschar, di da leit bei der Metzin burne.

Daz spital hat eynen virdunk czinses allerierlich uf der smytten, die gleiche leit gegen der spital brucken uber....

Daz spital ist schuldik, Deme Kvmmetevre ader deme pferrer zv Glacz vir mark czinses allerierlich.... dorumme sal der pferrer zy Glatz.... alle tage halden eyne messe in deme spitale...

Daz spital ist schuldik Hern Henrich deme pferrern von Eberhardsdorf vir mark czinses zv sime leibe...

Daz spital ist schuldik, Hern Tylemanne deme pferrer von kyselingeswalde czwo mark czinses czv sime leibe..

Geruz, Thiczen elslegers huswroyue, hat vorkoupht vf ir huz in der bemischen gazzen... (dem Spitale) vir Cruge oliz....

Dy Simonnine von der Wilcz hat gekoupht sechs grozzen vf die smitte, die do lit vor dem vrankmbergisen thore in dem grabe(n).

Di aussetzigen haben aller ierlich eine mark czinses uf Heinrich Slegels erbe... Di selbe mark czinses hat geczeuget Gertraut, Cunrades dez webers tochter von Sweidelerdorf...

Di stat ist schuldik den aussetzigen allerjerlich eyne mark czinses, dez selben czinses gibt Philipps der stat schriber vnd Reynel... nevn lot czinses uf Michaelis... uf Walpurpis... eynen virdvnk;... doczu gibt die stat... drei lot. Di selbe mark czinses hat bescheiden... her Michel der prister...

Die aussetzigen haben aller jerlich eynen virdunk czinses uf deme spitale; den selben czins hat geschicket Gremel, schultheis von Ysenrichsdorf.

Henrich Gebaur... hat bescheyden den aussetzigen eyne brotbank;... von derselben brotbank sal man in geben aller woche glich ein schillink wert brotis.

Pergamentenes Fundations-Zinsbuch (beginnend 1337) im Rathhausarchive zu Glatz.

1340, Januar 26. Parisius.

König Johann befreit die Ritter und Vasallen wie alle Bürger von Trautenau und Königinhof, die sich von alten Zeiten her des kaiserlichen und deutschen Rechts wie seine Vasallen von Glatz und Bautzen erfreuen, von der Gerichtsbarkeit der Zuda.

(Brenthal, Gesch. von Königinhof, 2. — Böhmer, Add. 1, S. 301 Nr. 435.)

1340, Septbr. 7. Glatz.

Dise schrift bewert, daz die Politzerinne hat bescheyden

alle jar czu der steyninen brucken eyne mark czinses; diselbe mark czinses sal geben Fritsche Jerlink alle jar .... Diz ist geschriben an vnser vrowen obent der letzern noch gotis geburte vber tusent jar vber drihundert jar in deme virtzigesten jare.

Item dise schrift bewert, daz nocher der Politzerinne tot sal gevallen an di steynyne brucke an eyne mark driessik; der sal Fritsche Jerlink leysten eyne vnd zwentzik mark vnd Fritsche Lewensteyn achte ....

Pergamentenes Fundationszinsbuch (beginnend 1337) im Glatzer Rathhausarchiv.

1341, Januar 6—13. Patschkau.

Bolco, dux Slesie, dominus in Munstirberg et in Glacz, ertheilt dem Stifte Kamenz gewisse Freiheiten in Reichenau.

Datum Paczcow infra octavas Epyfanie domini sub nostro majori sigillo anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Orig. Perg. im Staatsarchiv zu Breslau. (Cod. dipl. Sil. X, S. 140).

1341, Febr. 1. Prag.

Nikolaus von Pannwitz erhält von Karl IV. den erblichen Besitz von 18 Huben zu Lomnitz ꝛc.

Nos Carolus domini regis Bohemie primogenitus, marchio Moravie, recognoscimus et fatemur tenore presencium universis, quod honorabili Nicolao de Panevicz, Doctori Decretorum, Canonico Wratislaviensis ecclesie, Capellano nostro dilecto, volentes propter exhibita nobis per ipsum et inposterum ferventius exhibenda servicia graciam facere specialem, jus nostrum, quod in ipsius bonis patrimonialibus, que in terra Glacensi, videlicet in decem et octo mansis in Lomnicz et duobus mansis in Waltersdorf superiori versus Rychenbach villis possidet, obtinemus et eciam censum forestarie nostre, videlicet quinque marcas grossorum denarii Pragensis gravis ponderis, sexaginta quatuor grossos pro marca qualibet computando, cum avena, pullis et lignis, nobis in eadem villa Lomnicz debitis, conferimus et donamus ad vite sue tempus duntaxat possidenda, utifruenda liberaliter et tenenda, ipsum eciam a servicio dexterali pro parte bonorum suorum domino .. genitori nostro et nobis debito interim graciosius absolventes, sic ut postquam decesserit, quod omnia supradicta una cum servicio dexterali ad dominum .. genitorem nostrum et ad nos libere revertantur. Insuper fidelibus nostris dilectis Wolframo et Tyczkoni de

Panewicz, fratribus ejusdem Nicolai ac ipsorum heredibus legittimis antedictos viginti mansos, ipsos per medium dividentes ad instanciam Nicolai prefati, post ipsius tamen mortem duximus conferendos taliter, ut ipse Nicolaus prefatus tam in vita, quam in morte predictos mansos et bona (vel) in toto, vel in parte vendendi, donandi, legandi, commutandi vel de ipsis aliter, prout sibi melius expedire videbitur, disponendi plenam ac liberam habeat facultatem collacione seu donacione hujusmodi aut quavis contradictione dictorum fratrum suorum aut heredum eorumdem aliquatenus non obstante. Preterea Nicolao predicto presentibus indulgemus, ut pratum suum, quod in nostro rubeto prope villam Lomnicz predictam obtinet, extirpando rubetum predictum, possit et debeat ampliare quodque rustici sui de villa Lomnicz predicta eidem rubeto contigui, debeant agros suos in ipsum rubetum ad mensuram aliorum mansorum debitam prolongare. Harum nostrarum testimonio litterarum datum Prage in die beate Brigitte Virginis anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Das Original sah noch Kögler in Lomnitz. Copie im Glatzer Pfarreiarchive sub Litt. L Nr. 4b. — Extracte der Lehen von 1613, Nr. 9, S. 84 (Glatzer Steueramt), wo aber das Jahr 1345 angegeben ist.

1341, März 27. Prag.

König Johann befiehlt den Bürgern von Glatz, alle Satzungen und Entscheidungen der Rathleute und Schöffen unverbrüchlich zu halten.

Joannes dei gracia Boemie Rex ac Luczenburgensis comes universis et singulis incolis et civibus in Glacz fidelibus nostris dilectis graciam et omne bonum. Sollicitudo Regia de subditis curam gerens ad hoc semper debet intendere, ut ulilitas rei publice in ipsis subditis recipiat feliciter incrementum, de maturo enim et sapienti nostrorum Consiliariorum prehabito consilio fidelitati vestre seriosius injungimus et mandamus omnino volentes, ut vos omnes et singuli Incoli et cives civitatis Glacensis predicte omnia statuta et jura seu editiones, que per Consules et Scabinos ac juratos seniores vestre civitatis dictata, probata et ordinata seu eciam sententiata pro communi bono fuerint, quod illa omnia et singula inconvulsa tenere et habere debeatis, et si qui vel quis contra huiusmodi nostram ordinacionem ac nostrum mandatum ausu temerario contraierit, indignacionis nostre aculeos pro motu proprio infligentes cum pena intollerabili noverint irremissibiliter incursuros. Datum Prage feria ter-

cia post annunciationem beate Marie virginis proxima Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Nach einer Bestätigung Karls IV. Prag, 1348 indictione prima octavo Idus Julii, abermals bestätigt von Wenzel, Prag, 1388 feria quinta proxima post festum Petri et Pauli. (Copien der Städteprivilegien im Glatzer Steueramt, collationirt 1613).

1341, Juni 11,

stirbt Bolko II. von Fürstenberg und in Münsterberg, seit 1336 auch in Glatz.

Grotefend, Stammtafeln d. schles. Fürsten. Breslau, 1875.

1341, Juli 6. Glatz.

Wolfram von Pannwitz bestätigt einen Kauf zwischen Jeschko und Kunzko, Gebrüdern von Moschen, in Grafenort.

In nomine domini, amen. Nos Wollueramus de Panewicz, Burggravius Glacensis, considerantes et sane perpendentes, quod ex temporum diuturnitate res sepius in oblivionem, que est mater erroris, devenirent, si non testium ac litterarum patrocinio in futurorum memoriam perhennarentur, quodcirca recognoscimus, volentes ad universorum noticiam publice pervenire, quod ad nostram et fidelium domini nostri nobilibus viris Jerkone et Kunczkone fratribus de Muschin venientibus presenciam, idem Cunczko predicto Jerkoni sano corpore, animo deliberato, voluntate bona, non compulsus nec illectus, sed ex certa scientia et motu proprio, maturo suorum amicorum prehabito consilio, rite ac rationabiliter juste venditionis titulo, omnia sua bona in terra Glacensi per ipsum habita et possessa, puta in Arnoldisdorf octo laneos censuales cum quatuor Marcarum super quibusdam allodiis et monte, qui Hophphimberg dicitur, redditibus, cum hortis, agris ex devolutione materna et portione Juris patronatus ecclesie et in Racin tribus laneis et tribus virgis censualibus, cum piscationibus, pascuis, aucupationibus, venationibus et universaliter et expresse cum omnibus et singulis bonis, cujuscumque conditionis et nominis extiterint, nihil excludendo, omni eo jure, dominio, utilitatibus, usufructibus, pertinentiis, appendiis, quibus dictus Cunczko eadem bona habuit, tenuit et hucusque possedit, cum omnibus gadiis, grenitiis et limitibus, aquis aquarumve decursibus, pratis et universaliter cum omnibus et singulis, quibus fruitus est, bonis predictis ibidem, coram nobis vendidit et jure hereditario appropriavit per eum, heredes et successores perpetuo tempore possidenda in nostris manibus et vendendo et resignando nulla eidem Cunczkoni sepefato in dictis bonis

portione nec jure reservata. Nos vero dictas venditionem et emtionem gratam et ratam habentes premisso Jerkoni omnia et singula bona in Arnoldisdorf et in Racyn cum devolutione materna, cum singulis suis appendiis et pertinentiis, redditibus et universaliter cum omnibus et singulis suis, ut premittitur, usufructibus contulimus presentibus et conferimus eo jure, dominio et utilitate, quibus prefatus Cunczko eadem habuit bona, per predictum Jerconem heeredes et successores jure hereditario possidenda perpetuo pacifice omni sine impedimento et quiete. In cujus rei testimonium presentes fieri jussimus nostro et testium infra scriptorum et ipsius Cunczkonis sigillo roboratas. Actum et datum Glacz presentibus Brunchino, Heinrico de Sterzis, Hancone de Knoblauchsdorf militibus, Nicolao Longo, Ottone, Renzkone de Glubocz fratribus et Johanne nostro Notario Plebano in Cunczendorff et aliis fide dignis, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo primo, die octavo Beatorum Petri et Pauli Apostolorum.

Nach einer 1613 collationirten Abschrift in einem Volumen des Glatzer Steueramtes mit der Aufschrift: Urkunden und Documente der Güter der Grafschaft Glatz.

1341, Juli 20. Prag.

König Johann giebt den Städten Glatz, Wünschelburg und Landeck, welche ihm die Geschoßgelder von 3 Jahren auf einmal bezahlt haben, die Versicherung, daß sie nun drei Jahre davon befreit bleiben sollen.

Nos Johannes, dei gracia Boëmie Rex ac Lucemburgensis Comes, Notum facimus tenore presencium universis, Quod quia fideles nostri dilecti Cives Civitatum nostrarum Glacz, Wunschelburk et Landek pro speciali nostra necessitate racione exaccionum, quas ab ipsis infra triennium possemus recipere, se pro nobis trecentas et sexaginta sexagenas grossorum denariorum pragensium ex nostro mandato speciali solvere astrinxerunt, Nos itaque gracie vicissitudine ipsorum benevolencie occurrere disponentes, ipsis civitatibus et singulis earum civibus ac incolis a festo beati Galli venturo proxime per triennium continuum, hoc est usque ad idem festum beati Galli in anno Nativitatis domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto rediens, damus et concedimus plenam et omnimodam libertatem, eximentes et absolventes eos ab omnibus exaccionibus, imposicionibus, peticionibus, contribucionibus, steuris, collectis, subsidiis, angariis et parangariis et universis ac singulis gravaminibus, que nunc sunt vel succedente tempore possent aliqualiter evenire, vo-

lentes et promittentes nostro et quorumlibet nostrorum nomine ipsis datam libertatem inviolatam et illesam infra dicti temporis spacium fideliter observare, annuentes et concedentes ipsis similiter, quatenus ipsorum pascua per ipsum triennium exponere et locare pro ipsorum utilitate possint et debeant, prout eis utilius videbitur expedire. Si vero ante expiracionem ipsius triennii districtum Glacensem vel Civitates predictas alii committeremus dominio, ex tunc spondemus hoc efficere ut is, qui se de dicto districtu seu ipsis civitatibus intromiserit, dictam libertatem suis litteris predictis civibus nostris promittat conformiter observare, Quod si non fieret ipsos Cives nostros a creditoribus eorum in pretacta pecunia liberos reddere volumus, promittimus et tenemur. Et Nos Karolus, ejusdem domini Regis primogenitus, Marchio Moravie, una cum dicto domino et genitore nostro ad observacionem dicte libertatis nos astringimus promittentes singula promissa similiter adimplere. In cujus rei testimonium presentes litteras conscribi et nostrorum sigillorum appensione fecimus communiri. Datum Prage Feria sexta ante festum beate Marie Magdalene proxima anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Original mit anhangendem Majestätssiegel im Kögler'schen Archiv zu Ullersdorf.

1341, December 29. Scara.

Arneſtus von Scara beſtellt ſeinen Sohn Arneſtus, Dekan der Prager Diöceſe, zu ſeinem Teſtamentsexecutor.

Noverint universi presentes litteras inspecturi: quod ego Arnustus de Scara, licet aliquantulum eger corpore, sanus tamen mente et in bona valitudine racionis, dilectum filium meum Dominum Arnestum, Decanum Ecclesie Pragensis, quandocunque me Deus de hac luce migrare permiserit, post obitum meum executorem Testamenti mei constituo, ordino et facio; deoque et eidem filio meo principaliter animam meam ac municionem meam Pordubycz cum Civitate nova et villis scilicet: Ostrziessan, Bukovyna, Czyrna, Lhota dicta Ribarska et Lhota de Prziewoz cum hereditatibus, silvis, molendinis, aquis, piscacionibus, pratis et omnibus pertinenciis suis, nec non omnes alias municiones ac curias araturarum, Civitates, villas et hereditates meas, quas ubicunque locorum habeo et omnes res et bona mea mobilia et immobilia, in quibuscunque rebus existant, nec non orphanos pie recordacionis Fratris mei Theodrici quondam de Hostyna cum ipsa villa Hostyna, ac Conthoralem meam Dominam Adlyczkam et liberos meos committo et commendo ipsumque

tutorem ac gubernatorem et rectorem eorum ordino et constituo per hec scripta; preterea Domine Adlyczcze Conthorali mee Municionem in Scara et ipsam villam dictam Scara cum Civitate Lyuban et villis, videlicet: Hrzmyn, Wazyczie et Sedlyscze, ac cum molendinis, silvis, aquis, pratis, pascuis omnibusque hereditatibus cultis et incultis, ad prefatam municionem in Scara Civitatemque Lyuban et villas predictas pertinentibus, pro suo dotalicio lego et do per presentes; adiciens, quod tam eadem bona, quam dictam conthoralem meam, matrem suam, predictus Dominus Arnestus Decanus Pragensis, filius meus, regere debeat et tueri; sine cujus consilio et consensu eadem mea conthoralis de predictis bonis nichil alienet ac faciat, ordinet et disponat. In cujus rei robur et testimonium, sigilla, meum videlicet et Nobilium virorum Dominorum et vicinorum meorum Vockonis de Kopidlna, Syppe de Nemoyczіewes, Bohunconis de Lopucz, Buzkonis de Marquartycz, Sdessonis de Strziewacz presentibus sunt appensa. Actum et datum in Scara Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo IV°. Calendas Januarii.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarrciarchive sub litt. A. Nr. 16. Angehängt ſind ſechs Wachsſiegel an Pergamentſtreifen.

1342.

Anno domini MCCCXLII fuit Karistia maxima Bohemie.

Chronicon Anonymi (Dobner, Mon. III, S. 56).

1342. Glatz.

Consules: Johannes Czeterwange, Mirislaus, Jacobus de Hawlswerde, Cunradus de Weluelstorf.

Nicz vnd Hensel, Pecz Lewensteins kinder, zind kumen vür eyn gehegt dink vnd traten ab yres erbes bei dem kalksteynbruche Jekil czigelern.

Nikil von Gewartstorf ist schuldik czu geben der Simonynne von der Wilcz von dem hofe, den her wider zi kauft hat aller Jerlich eyn mark, dy weil zi lebt, vnd noch yrem tode zo züllen dez czinses drey virdunge an dy pfarre czu Glacz vallen vnd eyn virdunk an daz spital.

Fridel Kramer hat vorkauft eyner vrawen, dy heist Adelheit von Kunigshain, eyn brotbank, dy do ist di dritte vom ende, als man von den kramen get an der seiten ken der burk.

Hylusch Cristanynne hat gegeben yren hof in der stat den mönchen von Kamencz noch yrem tode.

Di Cristanynne hat geben eyn brotbank, dy virde vom

ende, als man vom rothauze vnder di brotbenke get, an der zeiten ken dem markte Nyden czu gen, den brüdern von Camencz.

Hannus Czeterwange hat kauft eyn vnd czwenczig ruten keyn Jekil zeines bruder zon Wolurams.

Elizabet di voytynne von der Landiskrone hat gegeben yrer nyftel Elzen dy brotbank, do gut bir offe stet.

Nikil Mölstein hat gekauft eynen virdunk czinses erblich auf Zeibot ölslehers haus.

Nikil Mölstein hat gekauft eyn halbe mark czinses erblich auf Remel baders erbe, daz Philip statschreibers ist gewest.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz.

Zwischen 1342 und 1384

erscheint Hanko von Knoblauchsdorf als Besitzer des später sogenannten Schloßhofes in Ullersdorf.

Köglers Vermerke aus dem Neugersdorfer Pfarrarchiv sowie aus dem Liber proscriptorum in curia Glacensi.

1342, April 1.

Anno 1342 Cal. Aprilis Mathaeus miles, [1]) id est, Eques (aliud nihil additur) altare S. Laurentii in ecclesia parochiali Glacensi dotavit, assignatis in perpetuum quinque marcis minus dimidio fertone pro Sacro quotidie legendo.

Balbinus, Vita venerabilis Arnesti 1664, pag. 296.

1342, April 26. Glatz.

Otto und Reynczko von Glubos übergeben ihrer Stiefmutter und ihren Schwestern 4 Mark Zinses zu Niederschwedeldorf.

In nomine domini amen. Nos Wolframus de Panewicz Burchravius Glacensis considerantes et sane perpendentes, quia ex temporum diuturnitate res acte legittime, ut sepius, in oblivionem, que mater est erroris, devenirent, que si non testium et litterarum in futurorum memoriam patrocinio perhennarentur, cupientes igitur dubitabilia certa facere, motabilia fixare, labilia memorie perpetue commendare, recognoscimus tenore presencium universis, quod constituti coram nobis et domini nostri Serenissimi Bohemie regis fidelibus,

[1]) Kögler giebt unter Berufung auf die im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. E, 1, a befindliche Informatio de parochiali ecclesia Glac. facta a Gregor. Rumer Provinciali 1627 und auf die Glatzer Collegienchronik den Matthäus von Panevicz als Stifter eines Zinses von $3\frac{1}{2}$ Mark an, der auf 3 Bauergütern zu Migwitz haftete.

ut patebit, ad infrascripta testibus strenui famuli Otto et Reynczko de Glubocz fratres sana corporum suorum et mentis validitudine, animo deliberato, cum consensu sui fratris Nycolai, non compulsi, nec allecti, sed ex certa sua conscienccia, voluntate bona suorumque amicorum maturo prehabito consilio, honorande matrone domine Margarethe, sue noverce, ad manus ipsius ac ad manus filiarum suarum, sororum fratrum predictorum: Anne, Katherine et Gertrudis virginum sanctimonialium in Olmucz, rite et racionabiliter iuste donacionis, vendicionis et in nostris manibus debite resignacionis tytulo unam marcam annui census de singulari, qua ipsas matrem et filias prosequuntur dilectione donaverunt et insuper tres marcas in annuis redditibus pro certa pecunia ad integrum jam soluta vendiderunt, ita quod in universo quatuor marcarum redditus ponderis Glaczensis extant assignati super quatuor laneos in villa Sweydlerdorf inferiori circa finem versus civitatem Glacz censuales, in quibus inhabitando Rudlinus dictus Tuber, Henricus doleator et Plasco rustici commorantur, per dictas matrem et filias, matre aut una vel pluribus de filiabus mortua vel mortuis, ad alias aut ad aliam vivas vel vivam devolvendos ad vite sue tempora et post ipsarum omnium obitum nomine testamenti perpetui, quocumque aut quibuscumque iuxta sue libitum voluntatis voluerint personis legandos libere omnique sine servitutis, gravaminis et occupacionis cujuslibet onere tenendos, habendos pacifice et quiete et annis singulis primo et principaliter dictos quatuor marcarum tantum redditus et non plus pro omnibus in festo sancte Walpurgis duas marcas et totidem in festo beati Michaelis et sic deinceps perpetue percipiendos omni sine impedimento et tollendos; juribus vero, dominiis, serviciis et utilatibus, si que in dictis laneis hiis, quatuor marcarum redditibus, ut premittitur, annis singulis primitus abinde receptis, fuerint, dictis fratribus et eorum posteris, cum et ipsi bona eadem prout et alia sua quocienscunque, quandocunque et ubicunque necesse fuerit, deservire ac pro ipsis in castro Glacz residere teneantur, reservatis. Ceterum quocunque tempore promisse mater aut filie nomine testamenti perpetui prefatos redditus legare et assignare quocunque, quibuscumque et ubicumque consilio suorum amicorum decreverint, ad hoc fiendum fratres pretacti cooperari, auxiliari et consentire, quandocumque requisiti fuerint in manus domine et filiarum predictarum in solidum quolibet sine dolo, hec et singula prescripta ratatenenda in manus dominorum Brunchini et Henrici de Stercz et

suorum heredum fidetenus promiserunt. Demum condictum extitit expresse, quod ipsa domina quamdiu vixerit, annis singulis super dictos redditus omnimodam potestatem habere debeat de hiis principaliter intromittendo et ipsi fratres de ea sincere presumere debeant, quod aput suas sorores predictas materne et graciose agat veluti mater circa filias agere teneatur. Nos igitur omnia ut predicitur prescripta, scilicet donacionem, vendicionem et tocius cause prescripte tractatus grata et rata habentes domine prerecolite et suis, ut predicitur, filiabus omnibus et singulis prerecolitos quatuor marcarum in villa prescripta redditus ad vite sue tempora percipiendos condicionibus et modis, ut prescribitur, et post earundem obitum in testamentum perpetuum cuicumque voluerint legandos, contulimus presentibus et conferimus debite confirmacionis forma presentibus approbantes, dantes in huius rei memoriam firmiorem presentes litteras nostro et testium infrascriptorum videlicet Tyczkonis de Panewicz, Thammonis de Czesschow, Thernchini de Glubocz, Hanconis de Knoblouchsdorf, Henslini de Bela, Hermanni de Cynebos necnon fratrum predictorum Ottonis et Reynczkonis sigillorum munimine roboratas. Actum et datum Glacz anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo in crastino beati Marci Evangeliste.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv sub Litt. K Nr. 9, g mit 9 an Pergamentstreifen hängenden Wachssiegeln. (ad 1. Der nach rechts geneigte Schild ist quer getheilt und oben gespalten, darüber aufrecht ein Helm mit Büffelhörnern [Wolfram v. Panewicz]; ad 2. und 3. und 4. im Dreiecksschild der aufrechte rechts gekrümmte Karpfen [Glubos]; ad 5. im Dreieckschilde ein Pfauenspiegel? [Czesschow]; ad 6. Helm mit Büffelhörnern [Tyczko v. Panewicz]; ad 7. Bindenschild [Knoblauchsdorf]; ad 8. ein Mühlstein mit 3 daran steckenden Hämmern, welche spitzige Nägel tragen [Johannes de Bela]; ad 9. im Dreiecksschilde ein fliegender Fisch [Cimbos].)

1342, 30. April und 1. Mai. Glatz.

Die Glatzer Bürger Nicolaus der Lange und der Vogt Fritzko verkaufen das Dorf Altbatzdorf den Gebrüdern von Glaubitz.

In nomine domini, amen. Vendicionis et cujuslibet rei contractus firmiores esse solent, si ea, que aguntur a partibus, fide dignorum testimonio et litterarum patrocinio roborantur; hinc nos, Wolframus de Panewiez, Burchravius glazensis, recognoscimus volentes ad cujuslibet noticiam pervenire, quod constituti coram nobis et domini Serenissimi domini Regis Boemie fidelibus, ut patebit, ad subscripta testibus, honorandi homines Nycolaus Longus et Friczko advocatus, Cives in Glacz, sana corporum suorum et mentis valetudine, animo

deliberato cum consensu et voluntate bona domine Margarethe, conthoralis Friczkonis prescripti, amicorum suorum maturo prehabito consilio, strenuis viris Ottoni et Reynczkoni de Glubocz fratribus villam Bertolsdorf, videlicet sex laneos minus tertia dimidia virga censuales, omni eo jure, dominio utilitate et usufructibus, quibus predicti Nicolaus et Friczko ipsam villam tenuerunt hactenus et prout in suis metis et gadibus extat distincta nil excludendo possiderunt, rite et rationabiliter juste venditionis tytulo et in nostris manibus resignacionis debito modo jure hereditario possidendam, tenendam, habendam et servandam in perpetuum vendiderunt.

Domina Margaretha, Friczkonis predicti conthoralis prefixa, bona eadem omnia, ut premittitur, et singula, que quidem pridem ejus verum et justum extiterant dotalicium, animo deliberato, non compulsa, non coacta, voluntate bona vultuque hylari ibidem coram nobis resignavit hiisdem penitus resignando, nulla sibi deinceps impeticione seu jure impie reservata. Nos itaque precibus partis utriusque favorabiliter inclinati, dictam vendicionem et emptionem gratam et ratam habentes universa, ut predicitur, bona et singula in villa prefixa memoratis Ottoni et Reinczkoni fratribus, per ipsos et eorum successores perpetuo tempore jure hereditario tenenda et possidenda contulimus presentibus et conferimus confirmacionis forma debite approbantes. Harum testimonio litterarum nostro sigillo et testium scilicet Tyczkonis de Panewicz, Hanconis de Knoblauchsdorf et Bernhardi de Podythyn sigillis signatarum datum et actum Glacz, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, die et vigilia Beatorum Philippi et Jacobi apostolorum.

Nach Köglers Abschrift vom Originale in der Rengersdorfer Schloßkanzlei.

1343, August 12. Durby.

Befehl des Königs Johann, die Uebelthäter und Unruhestifter zu belangen.

Joannes Dei Gracia Rex Bohemie Comesque Luczenburgensis judicibus, Consulibus, juratis Glaczensibus, presentibus et futuris, dilectis nostris, salutem et omne bonum. Vobis et vestrum cuilibet tenore presencium precipimus et mandamus omnino volentes, quatenus ad evellendum de medio bonorum Maleficos pacis et patrie turbatores, quorum quidam solent bonos et innocentes pro rebus suis tradere, alii spoliare eosdem, alii vero nece prosternere in propriis foribus vel in campis, de huiusmodi maleficis inquisicionem, dum

oportunum fuerit, diligentem juxta juramenti vestri exigenciam habeatis et eos, quos huiusmodi facinoris reos testimonio bone fidei et fide digne conscientie experti fueritis, in publico vel conclavi, ubicunque eorum copiam infra civitatem vestram vel extra habere potueritis, pena capitis vel consimili sine differencia puniatis, eo non obstante, quod tales cum facti evidencia non fuerint deprehensi, quia paci et bonorum quieti nihil tantum derogat, sicut quando malefici, de quorum crimine idoneis viris constat, penam non sufferunt pro reatu. Datum Durbuti die XII Augusti anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tercio.

Copien der Städteprivilegien im Glatzer Steueramt, collationirt 1613, Fol. 10b. — Privilegienbuch Nr. 2 im Glatzer Magistratsarchiv, Fol. 7b.

1343, Septbr. 29. Glatz.

Karl gibt als Markgraf von Mähren den Richtern und Schulzen des Landes Glatz das Recht, daß sie nur in Glatz wegen Besitzstreitigkeiten ꝛc. vor Gericht gefordert werden dürfen.

Nos Karolus, domini regis Bohemie primogenitus, marchio Moravie, recognoscimus et ad universorum presencium et futurorum volumus noticiam pervenire, quod paternis ac nostris dilectis fidelibus civibus et civitati Glaczensi profectibus, utilitatibus et honori salubriter intendentes, ut in quibusvis competentibus ab olim sibi juribus uberius conserventur, graciam ipsis de benignitate nostra solita facimus specialem, volentes et tenore presencium decernentes: ut judices seu sculteti villarum provincie seu districtus Glaczensis de suis bonis ad judicia spectantibus nec non alii, cujuscunque condicionis fuerint homines, qui eadem bona vel empcione vel quovis alio titulo nunc possident aut in posterum possidebunt, debeant in predicta civitate Glaczensi jure civitatis ejusdem et non alibi conquerenti cuilibet vel alias actionem habenti cum ipsis de justicia respondere, prout a retroactis temporibus est consuetum, dantes civibus et civitati predictis plenam et liberam potestatem, renitentes quoslibet et rebelles ad faciendum, prout eis plus expedire videbitur et quantum jure fuerit, cohercendi. Harum nostrarum testimonio litterarum datum in Glacz in die beati Michaelis archangeli anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo tercio.

Privilegienbuch Nr. 2 im Glatzer Magistratsarchiv Fol. 11b. — Copialbuch der Glatzer Privilegien Nr. 10 im Glatzer Steueramt Fol. 13a.

1343, December 13.

Peschko Rücker verkauft den Glatzer Kreuzherrn sein Gut Halbendorf.

Ich Wolffram von Panewicz, Burggraf zu Glaz, thue kund allen und jeden mit kegenwerttigem Brieff, das für mich und der getrewen des durchleuchtigsten Herrn Johannis Königs zu Böhaimb kegenwertigkeit, wie man sehen wirt bey unten angezeigten Gezeugen, erschienen ist: Peschko Rucker, Burger zu Glaz, an einem und der Herr Jakob Comptor des Hauses zu Glaz und die Kreuzherrn bemeltes Hauses am andern; do hot obgemelter Peschke Rucker den vorgesagten Herrn Comptor und Creuzherrn das Dorf mit Nahmen Halbendorf des Weichbilds Glaz mit dreyen Marcken einkommes ader Jährliches Zinses, recht und redlich mit guter Vornunfft umb 27 Marck Groschen Prehgische Pfennig, die Ihm vollkommlich bezahlt sein, vorkaufft und in unser Hände willigliche auffgegeben, also das sie das vorgenannte Dorf Halbendorf mit allem Recht, Herrschaft, Nuzbarkeit, ehren und allen nuzungen, wie es der oftgesagte Peschko und seine Vorfarn bisher besessen haben, wie es in seinen Reinen und Grenzen gelegen ist gäntzlich, nichts auszgenommen, zu ewigen Zeiten haben, halden und erblich besitzen sollen. Derhalben seyn wir durch beyder Partt bitt gunstiglich beweget und wollen die vorgesagte Keuffung und Vorkeuffung fest und standhaftig gehalden haben, wie oben angezeiget, und überreichen das bemelte Dorf dem obgesagten Hern Comptor oder der nachmals Comptor sein wirdt, und den Kreuzherrn des vorgesagten Hauses zu Glaz, wie oben gemeldt, zu haben und ewiglich zu besitzen in Kraft dieses Briefes. Zu Urkkund und zum Gedächtnuss dieses Handels hab ich diesen Brieff mit meinem Insiegell und darnach folgenden Gezeugen vorfertigen lassen, nemlich des Herrn Ticzkonis von Panewiz des Jüngern und Herrn Hartungs von Niemands; gegeben und geschehen am Tage der heiligen Jungfrauen Lucia, nach Christi Gepurtt im Tausend dreyhundert vnnd im drey vnnd virczigisten Jahre.

Copie im Grünen Privilegienbuche Blatt 89 des Magistratsarchives zu Glatz. — Eine gleichlautende einfache Copie in einem Actenstücke daselbst betreffend die Pfarrkirche Vol. I.

Cc. 1344.

Brief der Markgräfin von Mähren (Blanka, Gemahlin des späteren Kaisers Karl IV.) an einen Glatzer Bürger wegen Steuern.

Marchionissa Moravie.

Te Musch. Civem Glac. cum fiducia requirimus et hortamur, quatenus de hoc nostri consideracione sis sollicitus et intentus, quod Judex et Jurati Glac. nobis propinam ex

parte sue civitatis ad presens impendant congruam, prout eis scribimus, ac decentem, pro quo ipsorum ac civitatis et ejus promocionibus in agendis diversis disponimus incedere generose, commendantes te ex eo, quod devotum Capellanum nostrum Mich(ae)l(em) Exhibitorem presencium in nostris negociis procedentem pertractas et prosequeris favorabiliter et benigne. Datum ...

Jacobi, Codex epistolaris Johannis regis Bohemiae. Berlin 1841, p. 19.

Cc. 1344.

Die Markgräfin (Blanka) verlangt von den sich weigernden Glatzer Bürgern zum zweiten Male die Steuer.

Marchionissa Moravie. Adhuc resumentes de vobis fiduciam in petendis vos requirimus et hortamur, quatenus animo revolventes provido, quod desideriis vestrorum principum in hiis, que sunt rationabilia et semel vel raro occurrencia locum exaudiendi merentur, vos non occurrere vobis posset quamque in agendis vestris materiam dispendii importare, Nobis hac vice, qua pro receptione festiva domini et Soceri nostri, domini Regis, in Regnum suum et plurium virorum sollempnium secum et ad eum veniencium de longinquo nos contingit statum nostre Curie decencius adornare, impendatis propinam ex parte civitatis vestre congruam ac decentem, ratione cujus vestris et ipsius civitatis promocionibus teneamur, prout disponimus, apud ipsum dominum et Socerum nostrum, dominum Regem, ac conthoralem nostrum, dominum .., Marchionem Moravie, cum venerit, intendere affective. Et quidquid in hac parte feceritis nobis amplius est acceptum et vobis tolerabilius, quam si nobis ad civitatem vestram venientibus ministraretis quadraplum in expensis. Datum .... [1])

Jacobi, Codex epistolaris Johannis regis pag. 21.

Cc. 1344.

Angebliche Gründung der St. Anna-Kirche und des gleichnamigen Klosters auf der Frankensteiner Gasse zu Glatz. In diesem Kloster sollen sich etwa 14 Karmeliterinnen befunden haben.

Notiz Köglers aus einer dem Baron Hemm zu Volpersdorf gehörigen alten Chronik und aus alten schriftlichen Nachrichten eines Glatzers.

[1]) Der Umstand, daß Johann und Karl zu großen Festlichkeiten in Prag erwartet werden, wo die Markgräfin Blanka allein zurückgelassen war, paßt am besten auf das Jahr 1344, in welchem am 23. November die Weihung des Erzbischofs von Prag stattfand, viele Fürsten gegenwärtig waren, und Karl mit Johann zugleich nicht gar lange vor der Festlichkeit erst in Böhmen anlangte.

Auf Grund einer im Glatzer Rathhausarchiv befindlichen Glätzischen Chronik von P. Franckenberg 1738 beweist aber v. Wiese in der Zeitschrift für Gesch. und Alterthum Schlesiens XIII. S. 522 u. f., daß jenes Kloster eine Niederlassung der Minoriten war, und daß Kirche und Kloster erst 1432 erbaut wurden.

1344

haben Drolsil (?) [Drossel], Kuncze von Hugewitz, Kuncze von Struch (?), Hans Czeirvicz (?) [Czirwicz] der Stadt und dem Lande Glatz auf ewig abgesagt.

Köglers handschriftl. Vermerk aus dem Liber proscriptorum in curia Glacensi.

1344. Glatz.

Noui consules Glacenses: Nicolaus Longus, Woluramus Czeterwange, Hildebrandus Czusner, Menczel Lywsten.

Woluram Czeterwangen hat kauft eyn halbe mark czinses aller jerlich. Von demzelben czinse zol man geben XXXII wochen, alle wochen am dem zonnabent, eyns groschen wert zemeln in daz spital vnd zol di teilen onder die zichen.

Cristin von Zeidenberk hat gekauft eynen virdunk czinses wider Laurencz Waschwinder auf den garten, der do leit ken der spitalmöl an dem berge.

Nikil Klösel hat gekauft dy vleischbank, dy Hermann Kümmerlyns ist gewest, dy dritte vom ende ken spitaltor.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz.

1344.

Floruit temporibus hiis reverendissimus in Christo pater, bone memorie dominus Arnestus, Pragensis archiepiscopus primus. De hoc Arnesto inter cetera refertur, quod digitum sancti Nycolai, quem dominus Karolus imperator dividere voluit ad duas ecclesias, cum per incisionem inciperet cruentare, suis ad deum precibus integravit. De hoc eciam dicitur, quod beata virgo Maria sibi per quandam ymaginem in ecclesia parrochiali in Glocz locuta fuerit. Hic pater venerabilissimus oracionibus et leccionibus et colloquiis divinis die noctuque deditus, carnem vigiliis et abstinenciis maceravit, justicie summus zelator clerum et populum verbis et exemplis mirabiliter edificavit, multorum monasteriorum in Bohemia fundator; cum domino imperatore eciam Pragense erexit studium et plenus operibus bonis in domino requiescens, in ipsa parrochia Gloczensi ante ymaginem illam suam, sicut vivus elegerat, sepultus est. Cujus tumba, licet nondum canonizati ab ecclesia, signorum et mirabilium multitudine usque hodie est chorusca.

Catalogus abbatum Saganensium (Script. rer. Sil. I, S. 193).

1344, Juni 19. Glatz.

Abkommen wegen des Mühlwassers in Neuwaltersdorf.

Wir Wolfram von Panewicz Burgraue czu Glacz Tun kunt allin den, dy dysin briff sehen adir horin lesin, Daz vor uns kumen ist Bernhart von Podetyn einhalp, Niclos der Schultheys von dem obirstin Walthirsdorff, das do gelegin ist in dem Witbilde czu Hawilswerd, andirhalp, vnde habin sich do entscheyden umme daz wassir vnde bericht, daz do fliczit von Mertetindorff uf dy Muel, dy do gehoret in daz gerichte czu dem obirstin Walthirsdorf des vorgenantin Witbildes Habilswerd, Also daz der vorgenante Nyclos vnd sine geerbin vnd noch im alle sine nochkomelinge dazselbe wassir habin sollin czu derselbin muel gancz vnde gar, als iz vlüczet vnde geht in sinen ubirn, erbelich nu vnd ymmer mer an alle anvechtunge fri vnd an alle ansproche vnd an allis hyndernisse erbelichen czu besiczin vor dem vorgeschribin Bernharte von Podetyn vnd vor allin synen geerbin vnd nochkomelingen. Allir der vorgesprochin rede vnd entschydunge der enscheyder gewest her Hanke von Knoblauchsdorff, gezeuk her Otte der alde vnd her Otte sin sun, beyde genant von Glubocz vnd rittere, vnd di rothherrin der stat czu Habilswerd: Ludwic Glach, Niclos Dreslaw, Matheyz von Landecke vnd Niclos Snüder, genant Vngetesche. Daz alle dyse vorgeschribene rede ganz vnd stete blibe vnd unczubroch, des habe wir gegebin czu einer bestetigunde dizen briff mit unsirm ingesigle vnd auch Bernhardes von Podetyn mit hern Hankoin von Knoblauchsdorff vnd mit hern Ottin des aldin vnd des jungen von Glubocz ingesigle vnd darczu mit der stat czu Habilswerd ingesigle voringesiglet. Daz ist geschehin czu Glocz vnd der briff gegebin an dem nehestin Sunnabunde noch sente Vitus tage Tusend jar drihundert jar in dem vir vnd virczigisten jar.

Nach der Abschrift, welche Kögler im Jahre 1800 vom Original im Neuwaltersdorfer Schloßarchive nahm.

1344, November 20. Prag.

König Johann verspricht, das Glatzer Land nicht von der Krone Böhmen zu trennen.

Nos Joannes Dei gracia Boemie Rex ac Lutzenburgensis Comes, Carolus eiusdem primogenitus, Marchio Moravie, Joannes Dei gracia dux Carinthie, Tirolis et Goricie Comes Notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos in nostro animo propensius revolventes, qualiter castrum nostrum nec non civitas et districtus noster Glacensis ex eo,

quod ipsa in preteritis temporibus nonnullis nostris exigentibus oportunitatibus, diversis obligare solebamus personis, damna perpessa sunt plurima et jacturas, cupientes itaque ut status Castri, civitatis et districtus Glacensis predictorum, mediante nostra sollicitudine, reformetur, pro nobis heredibus et successoribus nostris, autoritate presentium promittimus firmiter et spondemus, quod Castrum ipsum, Civitatem et districtum Glacensem predicta per obligacionis seu alterius cuiuscunque alienacionis modum ex quacunque occasione vel causa a Regno Bohemie nullatenus separare volumus aut debemus; imo si tanta nobis immineret necessitas, quod de dicti Castri, Civitatis et districtus pecuniali subsidio carere aliqualiter, quotiescunque hoc accideret, non possemus, statuimus, decernimus et volumus per presentes, ut ex nunc in antea Capitaneus noster seu Capitaneus Glacensis, qui pro tempore fuerit, subsidium, exactiones, contribuciones seu imposiciones huiusmodi quascunque nostro nomine colligat et percipiat easque vel nobis vel illi seu illis, quibus ipsas deputaverimus, assignet, quociens id, prout premittitur, fuerit oportunum. Promittimus nihilominus et volumus Cives nostros Glacenses circa omnia jura, libertates et gracias, quas retroactis temporibus habuerunt, et circa litteras et privilegia, que a nobis et nostris predecessoribus habere noscuntur, favorabiliter conservare. Mandamus igitur Capineis Glacensibus nec non officialibus et fidelibus nostris, qui nunc sunt aut erunt per tempora, firmiter et districte, quatenus predictos cives nostros in premissis impedire seu turbare non audeant, seu quomodolibet premissorum contrarium facientes indignacionem nostram se noverint incursuros. Harum nostrarum testimonio litterarum datum Prage Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto in crastino die Beate Elisabet.

Privilegienbuch Nr. 2 im Glatzer Rathhausarchiv Fol. 8b. — Privilegien Nr. 10 im Glatzer Steueramt Fol. 11b. — Deutsch in Köglers Chroniken, Urkundenb. S. 9.

Ca. 1345.

Petrus, Schultheiß (scultetus) in Slegilisdorf wird von Gunther von Rachenau ermordet.

Köglers Vermerk aus dem Liber proscriptorum in curia Glacensi.

1345. Glatz.

Consules: Johannes Czeterwange, Johannes Ekkil, Fricz Lewenstein, Andreas de Willemstorf. Electi feria tertia in festo penthecosten.

Nikil, Cunat Huters zon, hat kauft eyn halbe mark czinses alle iar auf Cunczil Swaczken hof in der bemischen gassen.

Jekil, Woluram Czeterwangen zun, hat kauft eilf ruten erbes, di do lygen bei der pfaffenbergisschen mül.

Di kirche czu zende Wenczlaw hat kauft eynen virdunk czinses alle iar auf Mertyn Bemen hof in der bemischen gassen.

Steffan Schefer hat kauft den garten, der do leit hinder dem Neulende, wider dy Jacobynne von Cunczendorf um sechs schock.

Aelteſtes Stadtbuch von Glatz.

1345, Januar 4 (in octava S. innocentium).

König Johann beſtätigt den Bürgern zu Glatz die Veräußerung von 25 Mark jährlich. Zinſe. In der Urkunde wird der Hauptmann Wolfram von Panewicz erwähnt.

Notiz Köglers aus dem anſcheinend verlorenen pergamentenen Copialbuche des Schulmeiſters Naſo von 1424 (Glatzer Magiſtratsarchiv).

1345, 25. Juli bis 1. August. Glatz.

Heinrich Lerrer verkauft dem Heinrich Sartor (Schneider) einen Garten unter dem Wenzelsberge zu Glatz.

Ego Otto de Glubos notum facio tenore presencium universis, quod veniens ad mei personalem presenciam discretus vir Heinricus dictus Lerrer, animo deliberato et sano amicorum suorum precedente consilio de bona ac libera voluntate ortum suum prope Glacz, situm sub monte ecclesie sancti Wenczeslai, honorabili viro magistro Heinrico Sartori civi Glacensi pro septem sexagenis grossorum Pragensium et sex grossis usualis et currentis monete, quas idem venditor sibi solutas et integraliter numeratas asseruit ac in usus suos utiles ac beneplacitos applicatas rite vendidit et iusto vendicionis titulo voluntarie resignavit, et ego vice et loco aliorum fratrum meorum supradictum ortum cum omnibus suis pertinenciis eidem magisto Heinrico, domine Gerdrudi eius uxori et amborum heredibus, si quos favente domino habuerint et successoribus ipsorum imperpetuum deliberate contuli et rite confero de presenti cum plena et libera facultate: supradictum ortum et omnes eius pertinencias vendendi, permutandi, obligandi, alienandi et tamquam de re propria pro suo beneplacito faciendi, iuxta quod eis ad utilitatem et profectum ipsorum melius et utilius videbitur expedire. Ad cuius rei certitudinem et evidenciam

pleniorem sigillum meum una cum sigillis infrascriptorum Nobilium duxi presentibus appendendum; et nos Ottokarus de Glubos, Hanko de Knoblouchsdorf et Guntherus de Stercza, testes ad hoc rogati, sigilla nostra pro cautela meliori eciam duximus presentibus applicare. Datum in Glacz anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto infra octavas sancti Jacobi apostoli.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. L., Nr. 11 a mit 4 an Pergamentſtreifen hangenden Wachsſiegeln. (Die beiden erſten zeigen im Dreieckſchilde den rechts gekrümmten Karpfen [Glubos], das dritte eine ſchräg rechts geſtreifte Binde [Knoblauchsdorf], das vierte einen Helm mit Hörnern [Sterz], während ſonſt das vollſtändige Wappen derer von Sterz einen ſich zum Fluge bereitenden Raben aufweiſt.)

1346. Glatz.

Consules Glacenses: Nicolaus Longus, Heinricus Swebil, Petrus Koczcze, Jacobus gener Wolurami, Martin Geuman, in die beati Galli.

Kunczil Huter hat kauft eynen virdunk czinses alle jar auf Bertolts hof dez berkmannes, der do leit in der frankenbergissen gassen.

Geisel Apecz Weinrichynne hat kauft yr vnd yren kindern drei virdunge czinses alle iar auf Michil Sturczbruches smitte, dy do leit an der brükken.

Aelteſtes Stadtbuch von Glatz.

1346, Februar 14. Prag.

Otto, Reinczko und Nikolaus von Glubos erklären, das Schloß Karpenſtein ſammt Zubehör und mit dem Landgerichte vom Könige Johann zu Lehen erhalten zu haben.

Nos Otto, Reinczko et Nicolaus fratres de Glubos recognoscimus tenore presencium universis, quod cum excellentissimus Princeps et Dominus noster graciosus Dominus Johannes, Dei gracia Rex Boemie ac Lucemburgensis Comes, de solita pietatis sue clementia castrum dictum Carpenstein cum Judicio provinciali seu hereditario in Landeck, cum universis et singulis pertinenciis suis, Juribus et Dominiis ad ipsum spectantibus videlicet villis: Conradswalt, Winklerdorf, Merbotindorf, Wolfrannsdorf, Tolheim, Viczdorf, Lutein, Crafczdorf, Gerarczdorf, Schrekersdorf, Seydenberch, Moraw, Alberczdorf et aliis suis Juribus et appendiis universis, que ab heredibus et pueris fratris nostri carissimi Tammonis pie recordationis justo emptionis tytulo comparavimus, nobis in feudum hereditarium contulerit et duxerit conferendum, prout in ipsius Domini nostri Regis literis hoc liquidius continetur,

Nos vice versa prefato Domino nostro, Regi Boemie, ac eo non extante suis heredibus et successoribus Regibus Boemie bona fide nostra promittimus et spondemus et ad sancta Dei Ewangelia juravimus pro nobis et heredibus ac successoribus nostris, prefato Domino nostro Regi Boemie et suis heredibus de dicto castro et pertinenciis suis omnibus esse fideles, devoti et obedientes in omnibus et per omnia ac cum uno dextrario et uno viro galeato et levibus ad hoc pertinentibus bene et decenter aptato, quociens oportunum fuerit, fideliter servire, prout ab aliis vasallis incolis terre Glacensis fieri est consuetum; et quod dictum castrum Carpenstein cum bonis et pertinenciis suis ipsis Domino nostro Regi et heredibus suis ac ipsorum Capitaneis, quos ad hoc duxerint deputandos, debet esse patens et apertum pro omnibus ipsorum necessitatibus, quociens et quando eis videbitur expedire, et si nos vel aliquis nostrum vel heredes et successores nostri contra premissa vel aliquod premissorum faceremus et veniremus, ex tunc volumus, quod prefatum castrum cum omnibus bonis et pertinenciis suis predictis ad prenominatum Dominum nostrum Regem et heredes suos ipso facto debeat esse devolutum, et nichilominus quod nos fidei et promissionis nostre violatores infideles nec non periuri aut infames ac ad omnes honores et actus legittimos inhabiles simus ubilibet et ab omnibus reputari et censeri debeamus. In quorum omnium testimonium presentes literas scribi et sigillorum nostrorum appensione una cum sigillis Nobilium virorum testium ad hoc per nos specialiter rogatorum videlicet: Otakeri de Glubos, Heinrici et Jerkonis de Muschin, Ottonis Ratoldi, fecimus et constituimus roborari. Datum Prage in die sancti Valentini anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto.

Original im K. K. Haus-, Hof- und Staatsarchiv in Wien. — Fehlerhaft in F. M. Pelzel, Kaiser Karl der Vierte, König in Böhmen. I. Theil. Urkundenbuch, S. 194—195.

1347. Glatz.

Heinrich Swebil hat kauft recht vnd redlich eynen virdunk czinses alle iar wider Heinrich Slegel auf dy czwene gerten, dy Heinrich Slegel aus zeim erbe vorkauft hat, dy do lygen an dem wege ken der creuczіger vorwerk.

Hennil Schramme der gerber hat kauft eynen virdunk czinses alle iar auf Hennil haus ken der möl bei dem neulende.

Fridel Cromer hat gegeben vnd vorreicht eyn brotbank czu der kirchen noch zeim tode; vnd wer daz sten hat auf

der bank, der zol alle wochen geben den armen ausseczigen eyne zemel vnd daz übrige zol geuallen der kirche.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz.

Zwischen 1347 und 69

erscheint Petze Rubeir als Besitzer des Vorwerkes zu Lawicz, da er 1347 am Freitage nach Bartholomäi und 1369 am Tage St. Viti mit den Halbendorf besitzenden Kreuzherrn die Grenzen regulirt.

Köglers Vermerk aus Glatzer Pfarreiacten, sub litt. B, 5.

1347, August 18. Glatz.

Hermann von Czinbocz mit seinen Söhnen verkauft Henningsdorf an Anselm von Reno.

Hermannus de Cinboz miles tenore presencium recognosco et publice profiteor, me animo deliberato et sano consilio meorum amicorum precedente et de consensu uxoris mee ac heredum meorum septem laneos cum dimidio, que nova bona dicuntur in villa dicta Henningisdorf Glacensis districtus situatos, que condam ad judicium predicte ville spectabant, cum metis et graniciis, sicut sunt circumferencialiter sita, cum jure et Dominio, sicut predictos mansos hucusque tenui et possedi, nobili viro Anshelmo de Reno juste venditionis tytulo rite et racionabiliter vendidisse; dictos vero septem mansos cum dimidio ego Hermannus de Cinboz una cum meis filiis Heynkone et Hermanno in solidum bona fide sine dolo promittimus predicto Anshelmo de Reno a quolibet homine disbrigare et ipsum gwarandare, quod geweren dicitur, sicut juris consuetudo in districto Glacensi requirit harum testimonio litterarum. Sigillum mei Hermanni cum sigillis meorum filiorum predictorum presenti sunt appensa. Datum Glacz feria sexta ante Bartholomey proxima anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv, litt. L. Nr. 6 mit drei Wachssiegeln an Pergamentstreifen, a) darstellend im Dreiecksschilde einen gegen den linken Winkel auffliegenden Fisch (H. v. C.), b) u. c) drei in den linken Winkel gesteckte Straußenfedern.

1347, September 8. Prag.

Karl IV. bestätigt dem Nikolaus von Pannwitz 18 Huben zu Lomnitz und das Dorf Neudorf bei Silberberg.

Carolus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex notum facimus universis, quod constitutus in nostra presencia honorabilis vir Nicolaus de Panewitz doctor decretorum, Canonicus Wratislauiensis, fidelis noster dilectus, nostre maiestati humiliter supplicauit, quatenus eidem bona

sua in terra Glacensi, que ipse alias a celebris et celebrande memorie Illustri Johanne Genitore nostro dilecto olim Rege Boemie in pheudum tenuit et possedit, utpote decem octo mansos in villa Lompnicz cum pratis, pascuis, aquis, rubetis et omnibus pertinenciis suis necnon Walterivillam superiorem sitam versus Richembach, que locata est, ut deserviat pro duobus mansis cum suis similiter pertinenciis, conferre de nostre liberalitatis munificencia dignaremur. Nos vero precibus ipsius tamquam justis et rationabilibus fauorabiliter annuentes predicto Nicolao dictas villas cum omnibus suis attinentiis, ut prefertur, virtute presencium in pheudum damus, conferimus et donamus condicione nihilominus infrascripta, quod quandocunque predictum Nicolaum ab hac luce migrare continget, medietas predictorum bonorum ad dilectos nobis fideles nostros Titzconem de Panewitz, pueros et heredes ipsius, et alia medietas ad fideles nostros filios et heredes Wolferami de Panewitz olim fidelis nostri, justo successionis tytulo devolvatur, ita tamen, quod non obstante tali successione seu devolucione liceat dicto Nicolao predicta bona, quamdiu vixerit, in toto vel in parte vendere, obligare, alienare et de ipsis disponere pro sue beneplacito voluntatis. Presentium, quas nostro maiori sigillo roborari fecimus, testimonio literarum datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, Indictione XV, sexto idus Septembris, regnorum nostrorum anno secundo.

Extracte der Lehen 1613 Nr. 9, Fol. 85 (Glatzer Steueramt). — Das Original sah noch Kögler unter den Acten des Niederhofes zu Lomnitz.

1348. Glatz.

Geisel, Apecz Weynrichynne, hat kauft recht vnd redlich eynen virdunk czinses alle iar auf Nikil Tinkels haus dez smides bei dem thore ken Sweidlerdorf.

Hermann Czeterwange quam in eyn gehegt dink vnd gab zeiner elichen vrawen Elizabet eyn dritteil in al zein gut, daz her nu hat adr ymmer gewinnet, czu yrem leibe.

Menczil Lywste hot gekauft recht und redlich drittehalbe hube erbes, dy legen gen Pfaffendorf.

Seidel Hundil hat kauft recht vnd redlich daz dritteil an der neven möl, daz Cuncze mölners gewest ist.

Nikil Mölstein hat kauft recht vnd redlich eyne halbe mark czinses auf Hennil Kunigs haus auf dem zande.

Consules anno 1348: Johannes de Wünschelburk, Nikolaus Molaris, Cunadus de Weluelstorf, Nicolaus Woluramus.

Hennil Czuschneryn hat kauft recht vnd redlich eyn brotbank, dy do leit ken den kaufkamern bei der mitteltür.

Menczil Lywste schikkte allen zeinen zönen, di her yczunt hat adr noch gewinnet, zeine kaufkamer vnd zein steinhaus am ringe.

Hennil Weczil hat kauft den garten, der Cunczils Neters ist gewest, der do lyt in der kunigshayner gasse ken dem spitalvorwerk.

De pascuis: Wie di stadt di fichwaide hin gelassen hatt. Di rotleute Hannus von Wünschelburk, Cunat von Weluelstorf, Nikil Mölstein, Nikil Woluram, Hannus Zontak haben mit rote aller der eldsten vnd hantwerkmeister vnd der gemeine czu nuczcze vnd czu vrumen dy vyweide ausgeben czu drisik marken geldes alle iar. Dy drisik stukke zullen nicht mee tun, wen die XXX mark, ycliches czu zende walpurgen tak eyn halbe mark vnd czu zende michils tak eyn halbe mark vnd zullen vurbas von aller beswernus vrei vnd los zein von den stukken. Auch zulle zi dy vischerei haben in der bele, ab zi daz wer halden vnd fassen bei dem polcze (?) vnd zullen alle di alden wege haben, dy von alder czu der vyweide gehört haben; der zache gelobt die stadt di leute czu gewern. Actum in die beati Mathey. [1])

Herman Crutbauch hat eyn virteil an der vleischbank, di Pecz nu hat von der Warthe.

Katherein, Niklos tochter von Arnoltstorf, hat kauft eyn halbe mark czinses alle iar auf Walters erbe vom Reinharcz.

Die Czotketelynne hat kauft eyn halbe mark czinses alle iar auf Nikil Gylnicz melczhaus auf dem rosmarkte.

Jekil Messersmit hat kauft virczik groschen czinses alle iar auf Nikil Barges haus vnd garten in der hotirgasse.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz.

1348. Glatz.

Cunczil Blyweger hat gegebin czu der pfarre alle jar eyn halbe mark cinses .. uf Herman Schulcis malczhus..... vm den Cins sal man kaufen ol czu den lampen.

Wolueram Scheternwange hot gegeben den Crucehern alle Jar czw mark Cinses..... doczu gab er dy mark cinses uf dem gerichte zcu Arnoldesdorf .... vnd doczu alle jahr Sechz vnd czwenczik scheffel cornes uf dy muln vnd daz gerichte czu Hennigsdorf..

[1]) Nach der Chronik der Glatzer Bürger Pancraz und Nickel Scholz 1540 bis 1615 (Auszug im Kögler'schen Archive) wäre von dem Ertrage dieser Aussetzung der Viehweide später die steinerne Brücke gebaut worden.

Menczil Lywesten gap eyn halbe mark cinses czu eyme ewigen zelgerete uf sine wese, dy do lyt uf dem Rosmarcte vndir dem angir ..... von der halben mark sal man alle quatempir nemen vir grose vnd sal dorvm koufen brot, Bir vnd flecz vnd cuchenspise . . . vnd sal daz tragen in daz spital ..... vnd sal von den vir grosen y czu der quatempir geben den vsseczigen czw semeln, ouch sal man von der selben halben markc alle quatempir geben Husarmen.

Dy vsseczigen haben alle jar eyn firdunk czinses, ... um den cins sal man koufen holcz und kolen.

Di ausseczigen haben zweene groschen czinses off dem flekken jenhalben der zichen brukke vnder dem berge czwischen strase vnd dem wasser.

Cunczil Blyweger hat gegeben alle jar eyn halbe mark cinses den brüdirn uf daz malczhus . . uf dem rosmarcte; .. um den cins sal (man) koufen wachz czu messen vnd metten.

Dy mönch, dy Barfusen bruder, haben alle jar einen virdunk cinses off Niklos .... Hus.

Erwähnung des „Pecze Wiczing uf dem gerichte czu Eckehardisdorf vnd uf dem Craczem."

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Magistratsarchiv zu Glatz.

1348, April 7. Prag.

Karl IV. als Römischer König incorporirt Schlesien sammt Glatz und die Oberlausitz der Krone Böhmen.

..... Illustris Johannes quondam Boemie rex genitor noster prefatus cum Heinrico septimo et ultimo Wratislavie et Slesie duce, sororio nostro, dum uterque ipsorum vitam ageret in humanis, quandam ordinacionem iniit et tractavit, videlicet, quod dictus dux Heinricus terram et districtum Glacensem cum vassalagiis, feodis, dominiis et omnibus pertinenciis suis de consensu dicti genitoris nostri ad vite duntaxat tempora habere deberet, ut tamen eo moriente ducatus sui puta Wratislaviensis et Slezie ac predictum Glacense dominium ad usum et possessionem dicti genitoris nostri, heredum et successorum ipsius regum et corone regni Boemie sine difficultate qualibet revenirent, sicut hoc processu dierum ad finem devenit intentum, eo quod dictus genitor noster, dum viveret, moriente duce prefato et ducatum Wratislaviensem et terram Glacensem prefatam tenuit et possedit et nos utrumque de presenti velut Boemie rex in possessione tenentes utrolibet dominamur, ...

Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indictione prima, septimo idus Aprilis, regnorum nostrorum anno secundo.

Orig. im Staatsarchiv zu Wien (Grünhagen und Markgraf, Lehns- und Besitzurkunden Schlesiens I, S. 9).

1348, April 25. Prag.

Karl IV. theilt dem Lande Glatz eine Verordnung zur Verfolgung von Landesbeschädigern in Böhmen mit und verleiht ihm ein Privileg betreffend das Bierbrauen auf dem Lande.

Carolus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex fidelibus suis dilectis Judici, Juratis et Communitati Civium civitatis Glacensis graciam suam et omne bonum. Vt ordinacio communis pacis per nonnullos tam de Boemia quam Moravia Barones et Vladicones fideles nostros dilectos per juramenta corporalia hiis diebus proxime preteritis in generali colloquio Prage edita et firmata vestram fidelitatem non lateat, ecce ea, que secuntur pro consolatione ipsius pacis vobis in speciale gaudium duximus intimandum.

Primo quidem per dictos Barones inventum est, quod cum popravczones,[1]) villici, milites vel cuiuscunque status homines profugos persequerentur et illi profugi coram eis fugam receperint, quod ubicunque militares homines vel cuiuscunque sint conditionis audientes clamorem vel recipientes nuncium a persequentibus predictorum profugorum non exirent et eos juvarent modo simili persequendo cum crida et clamore, ille militaris homo det pro emenda quinque marcas, nisi haberet excusationes infirmitatis vel absencie, quod tempore illo absens fuisset, et si inculparetur de contrario, tunc debet jurare, quod sit innocens et purgabit se per juramentum; si vero in eodem juramento errabit, perdet similiter quinque marcas; ipsum vero juramentum prestare tenebitur coram nobis aut coram popravczonibus tunc presentibus.

Si autem prenominati persecutores profugorum prope villas eos profugos persecuti fuerint, ita quod illi de villa clamorem possint audire vel eorum nuncium receperint, et si tunc omnes de illa villa, qui sani sunt corpore, non current cum eis similiter persequentes, tunc de quolibet laneo racione pene dominus illius ville debet recipere quinque grossos, quos si non receperit infra quindenam, del ipse dominus personaliter pro huiusmodi sua negligencia quinque marcas nobis similiter et popravczonibus; Et qui de aliqua re ipsos repulserit, quod sibi habeat, nisi sit per profugos alicui ipsa res ablata.

[1]) justitiarii.

Preterea est inventum, quod ubicunque taberne celebris memorie Regis Wenceslai avi et predecessoris nostri carissimi publice hucusque fuerint, adhuc esse debeant, impedimento quolibet non obstante, tabernatores quoque in villis ubicunque residentes ad vendendam cerevisiam brasia facere non debeant, sed ipsam cerevisiam in civitatibus seu oppidis ipsis magis contiguis debebunt et tenentur emptionis titulo comparare. Mandamus itaque fidelitati vestre firmiter et expresse, quatenus prefata statuta seu ordinacionem apud vos et in vestro territorio singulis diebus forensibus procuretis publice et fideliter proclamari, vos nichilominus in executione premissorum loco et tempore se ad hoc offerentibus tales ostendatis, prout pacem diligitis et penam gravissimam pro negligentia, si quam commiseritis, diligitis evitare. Datum Prage in die beati Marci Evangeliste Regnorum nostrorum anno secundo.

Nach dem Vidimus des Abtes Johannes von Camenz vom 28. Decbr. 1454. (Glatzer Rathhausarchiv, Pergamenturkunde Nr. 10.)

Privilegienbuch Nr. 2 im Glatzer Magistratsarchiv, Fol. 22. — Privilegienbuch Nr. 10 im Glatzer Steueramt, Fol. 15 b.

1348, Juli 8. Prag.

Karl IV. bestätigt der Stadt Glatz drei wörtlich transsumirte Urkunden seines Vaters Johann, nämlich

1) d. d. Brünn 1328, secundo Nonas Augusti, betreffend die Stadtprivilegien und die Verfolgung von Landesbeschädigern,
2) d. d. Apud St. Hubertum 1334 feria secunda infra octavas nativitatis beate Marie virginis, betreffend die Fischerei in der Neisse und Weistritz,
3) vom gleichen Datum, betreffend die Gerichtsgefälle.

Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indictione prima, VIII Idus Julii, regnorum nostrorum anno secundo.

Privilegienbuch Nr. 2 im Glatzer Rathhausarchiv Fol. 14 u. 15.

1348, Juli 9. Prag.

Karl IV. bestätigt der Stadt Habelschwerdt das ihr vom Könige Johann d. d. Prag 1319, VII Kalendas Januarii gegebene Privilegium.

Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indictione prima, VII Idus Julii, regnorum nostrorum anno secundo.

Nach einem Vidimus des Glatzer Rathes von 1453 (Habelschwerdter Magistratsarchiv).

1348, Juli 12. Prag.

Karl IV. verspricht, die Güter der Vögte, Richter und Scholzen des Landes Glatz nie von der Krone Böhmen zu trennen.

Karolus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod cupientes ex animo, ut fideles nostri sculteti et judices terre Glacensis sub nostro solummodo et successorum nostrorum regum Boemie et nullius alterius cujuscunque dominio in tranquillitate pacis, quietis et commodi perpetuis temporibus feliciter et jugiter perseverent, eisdem scultetis et judicibus et nomine ipsorum ad manus nostrorum fidelium dilectorum civium et civitatis Glacensis promittimus bona fide et sincera: quod eosdem judices et scultetos, universa quoque et singula ipsorum bona non volumus nec debemus vendicione, donacione, obligacione, translacione seu aliquovis alienacionis modo a nobis et corona nostri regni Boemie quomodolibet removere, verum ipsos nostris et successorum nostrorum temporibus sub nostro successorumque nostrorum regali dominio gratuite et favorabiliter conservare, etsi ex quacunque causa contrarium fecerimus, quod absit, id ex nunc prout ex tunc nullius esse et intelligi volumus authoritate presencium roboris vel momenti; immo si quispiam, cujuscunque eciam status, eminencie vel dignitatis existens, a nobis sculteciam vel scultetos, judicium vel judices seu bona ipsorum quecunque per vendicionis, donacionis, obligacionis seu alium quemcunque alienacionis modum sibi danda vel dandas peteret, petentem hujusmodi juxta quantitatem, estimacionem vel valorem illius scultetie vel sculteti, judicis vel judicii seu bonorum illorum, pro quibus petiverit, irremissibiliter punire volumus, preter penas alias, quas sibi pro motu nostro regio duxerimus infligendas. In cujus rei testimonium presentes scribi et nostre majestatis sigillo jussimus communiri. Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indictione prima, quarto idus Julii, regnorum nostrorum anno secundo.

Aus dem „Grünen Privilegienbuch" im Rathhausarchive zu Glatz Fol. 74.

1348, Juli 13. Prag.

Karl IV. ertheilt den Vögten, Richtern und Scholzen im Lande Glatz das Privileg, daß sie dem Könige nicht mehr mit 8 Rossen dienen, sondern jährlich 70 schwere Mark zahlen, dafür aber von allen Abgaben für ihre Güter befreit sein sollen, daß sie ihre Güter frei verkaufen können, daß sie nur vor das Gericht der Stadt Glatz ge-

laden werden und auf ihren Gütern freie Jagd und Fischerei haben sollen.

Karolus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Bohemie rex notum facimus universis, qualiter advocati alias judices et sculteti civitatum et districtus Glacensis, fideles nostri dilecti, clare memorie illustri Johanni, quondam Boemie regi, genitori nostro charissimo et quibusdam progenitoribus et predecessoribus nostris cum octo dextrariis seu spadonibus servierunt et ex approbata consuetudine et ex jure, tamen propter bonum et uberem statum ipsorum, ut felicius incrementum proficiant et ab hujusmodi oneribus serviciorum absolvantur, ipsis et universis ipsorum heredibus et successoribus duximus presentibus indulgendum, quod ipsi nobis et successoribus nostris regibus Boemie de universis bonis judiciorum et sculteciarum, in quibuscunque prediis seu rebus existant, non plus nisi tantummodo septuaginta marcas graves, sexaginta quatuor grossos pro qualibet marca computandos, utpote triginta quinque in festo sancte Walpurgis et totidem in festo s. Michaelis annis singulis teneantur, condicione tali, quod homines quarteriorum, qui ad hoc faciendum ab antiquo de communi consensu advocatorum, judicum et scultetorum omnium eligi consueverunt, censum hujusmodi colligant collectumque in civitate Glacensi burggravio nostro ibidem, qui pro tempore fuerit, annis singulis representent, et ubicunque vel a quibusvis personis advocatiarum, judiciorum seu sculteciarum bona possidentibus census idem solutus non fuerit, ipsum a capitaneo nostro juxta informationem dictorum hominum de quartalibus, quocunque ipsum ostenderint, recipi volumus et exquiri.

Nolumus enim, quod occasione contumacium et rebellium hi, qui censum suum benevole solvunt aut solverint, in futurum aliquas impignoraciones et molestias patiantur, presertim cum nos et capitaneus Glacensis, qui pro tempore fuerit, authoritate regia defectum hujusmodi convenientius, quam dicti nostri judices et sculteti a quibuscunque contradictoribus extorquere valeamus; volentes preterea et regie nostre benignitatis statuentes magnificencia, ut ammodo pretexati advocati, judices et sculteti, heredes et successores eorum, cum bonis suis, quecunque fuerint, hereditarie spectantibus ad judicia predictorum videlicet allodiis, laneis sub aratro, molendinis, tabernis, artificialibus videlicet fabrice, sutorie, pisture et universaliter omnibus bonis suis ab omni donacione, comparacione, contribucione, stacionibus, quod vulgariter, „leger“ dicitur, ab omni angaria penitus sint exempti,

preter laneos dictorum judicum censuales, de quibus nobis tempore regie berne nostre currentis, ut alii feudales nostri Glacenses solverint, contribuere et solvere tenebuntur; eciam adjungentes, ut bona sua prenarrata ad heredes legittimos predictorum judicum et scultetorum utriusque sexus, puta masculos et feminas hereditarie devolvantur, adjicientes, ut dicti advocati, judices et sculteti de objectis sibi et objiciendis a quacunque persona, res, vitam seu honorem tangentibus, in civitate nostra Glacensi coram provinciali nostro judice et scabinis Glacensis civitatis teneantur et non alibi respondere. Ipsi eciam judices prelibati, advocati et sculteti omnium nemorum et silvarum ibidem venacionibus, aucupacionibus et piscaturis uti debent libere et gaudere et opilionacionibus suis similiter sub ea libertate potiri, prout juris est et ab antiqua et approbata consuetudine introductum; de speciali eciam nostre celsitudinis gracia statuentes, quod iidem judices, advocati seu sculteti, heredes et successores ipsorum, dum possessiones seu quevis bona sua vendiderint, ad jura resignacionis, que „auffgahbe“ dicuntur, vel ad alia quevis munera nostro burggravio Glacensi minime teneantur; promittentes sincere pro nobis, heredibus et successoribus nostris, regibus Boemie, nullo unoquoque tempore dictos advocatos, judices et scultetos civitatum et districtus Glacensis communiter vel divisim a corpore seu corona regia Boemie vendicione, donacione, obligacione, permutacione, in feudum concessione seu aliqua quavis alienacione quomodolibet removere seu permittere removeri, sique per oblivionem seu importunitatem petencium aut orientibus aliis contrarium fuerit attentatum, illud authoritate presencium et de plenitudine regie potestatis vacuum, irritum decernimus et inane. Nulli ergo hominum liceat, hanc nostre concessionis et indulti graciam infringere aut ei ausu temerario contraire sub pena nostre indignacionis, quam, qui secus attentare presumpserit, se cognoscat graviter incursurum et se animadversione condigna juxta beneplacitum nostrum pro qualitate delicti gravissime puniendum. Presencium sub nostre majestatis sigillo testimonio litterarum datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indictione prima, tercio idus Julii, regnorum nostrorum anno secundo.

Aus dem „Grünen Privilegienbuch“ im Rathhausarchive zu Glatz Fol. 72.

1348, Juli 13. Prag.

Karl IV. erläßt der Stadt Glatz die Abgaben von ihrem Forste.

Carolus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus

et Bohemie Rex notum facimus universis, quod inspectis multiplicibus et studiosis obsequiis, quibus fideles nostri dilecti Consules et universitas Civium in Glacz actenus nostre celsitudini devota promtitudine placuerunt et se poterunt in futurum sue probitatis industria continuo reddere graciores, ipsos et successores ipsorum de censu Forestarie et obventionibus seu juribus quibuscunque ad forestariam spectantibus liberos dimittimus ac penitus absolutos, inhibentes Burggraviis Glacensibus, presentibus et qui pro tempore fuerint, nominatim, forestariis ac ceteris quorum interest, fidelibus nostris, ne a predictis civibus nostris et successoribus ipsorum censum forestarie aut alia quevis jura forestalia amplius contra presentis nostre largicionis indultum, quovis colore quesito, exigant seu requirant sub pena nostre indignacionis, quam qui secus fecerit, se cognoscat graviter incursurum. Presentium testimonio litterarum datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, Indictione prima, III Idus Julii, Regnorum nostrorum Anno secundo.

Nach einem Vidimus des Raths von Frankenstein von 1563, Donnerstag nach Pfingsten (Orig. Perg. Nr. 51, Glatzer Rathhausarchiv).

Privilegienbuch Nr. 2 im Glatzer Rathhausarchiv Fol. 18 b. Privilegia Nr. 10 im Glatzer Steueramt Fol. 14 b.

1348, Juli 13. Prag.

Karl IV. verspricht den Bürgern, Richtern, Scholzen und Gemeinden des Landes Glatz, den Schaden, welchen sie bei Verfolgung der Feinde und Zerstörung ihrer Festen erleiden, zu ersetzen und überläßt ihnen alles, was sie jenen abnehmen, als Eigenthum.

Karolus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Boemie Rex juratis, consulibus ac universitati civium in Glacz nec non judicibus, advocatis et scultetis per civitates, oppida et districtum Glacensem, fidelibus nostris dilectis, graciam regiam et omne bonum. Ut ad ea, que pro bono ac pacifico statu Reipublice statuta sunt, facilius possitis intendere et ad assumendos labores in posterum acceptis beneficiis vestra fidelitas jugiter delectetur, promittimus vobis ac universitati vestre et cuilibet vestrum damna, que in persecutione hostium, destructione munitionum et terrarum custodiis vos sustinere continget, ad plenum et integraliter resarcire, decernentes res et spolia vel quecunque vestris hostibus aufferre poteritis vestris usibus applicanda. Presentium testimonio litterarum datum Prage Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indictione prima, tertio Idus

Julii, Regnorum nostrorum anno secundo. — Ad relat. Alberti de Crenowicz Johannes.

Privilegienbuch Nr. 2, Glatzer Rathhausarchiv, Fol. 12 b. — (Privilegia Nr. 10 Glatzer Steueramt, Fol. 13 b.)

1348, August 16. Zittau.

Kaiser Karl IV. ertheilt dem an der Grenze Polens gelegenen und dem Brewnower Kloster gehörigen Markte Brunow dieselben Rechte und Freiheiten, deren sich die Königlichen Städte Grätz und Glatz erfreuen. Datum Zittavie, XVII Kalendas Septembris 1348.

Abgedruckt bei Pelzel, K. Karl IV. 1. Th., Urkundenbuch S. 50, Nr. XLV nach dem Orig. im Archive der Stadt Braunau.

1348, September 1. Prag.

Karl IV. beurkundet, daß die Trennung der Stadt Habelschwerdt von Glatz bezüglich aller Rechte, Abgaben ꝛc., wie sie von König Johann angeordnet worden sei, bestehen bleiben solle.

Carolus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Bohemie Rex Nobili Alberto de Crenowicz, Capitaneo Glacensi fideli nostro dilecto graciam Regiam et omne bonum. Insinuacione querulosa Consulum et Universitatis in Hawelswerd ad aures nostre celsitudinis nuper deducta et licet dudum eadem civitas Hawelswerdensis a civitate nostra Glacensi cum omnibus juribus, censibus, exactionibus, collationibus et steuris ac omnibus pertinenciis realibus et personalibus de consensu et beneplacito clare memorie illustrissimi Johannis, quondam Bohemie regis, genitoris nostri dilecti, extiterit separata, prout hoc eiusdem nostri genitoris litere facte desuper clarius attestantur, et post tempora sequestracionis seu dismembracionis illius sculteti in districtu Hawelswerdensi non alibi nisi coram judice civitatis eiusdem consueverint de obiectis quibuslibet judicialiter respondere, sicuti hoc asserunt tam senioribus loci quam districtus fore notum, tamen universitas judicum seu scultetorum Glacensium non obstantibus indultis huiusmodi ad hoc, quod in civitate Glacensi coram judice provinciali ibidem et judicio civitatis respondere debeant, quasdam privilegiales litteras in ipsorum manifestum prejudicium impetrarint, quapropter cum nostre intencionis existat, quod per tales litteras, sub quacumque eciam forma verborum concepte sint, nullius debeat hominis juribus aliquomodo derogari, fidelitati tue precipimus et mandamus, quod si cives Hawelswerdenses coram te certo testimonio vasallorum districtus vel eciam suorum concivium

docere poterint, quod a tempore disiunctionis seu separacionis per Dominum Genitorem nostrum predictum facte sculteti illius provincie in predicta civitate Hawelswerdensi juri paruerint et hoc fuerit hactenus observatum, prout in narracionis ipsius serie continetur, ipsos ciues Hawelswerdenses in eodem suo jure conserves, non committens eos in premissis aliquomodo molestari, imo scultetos eosdem ad standum et parendum judicio in predicta civitate Hawelswerdensi auctoritate Regia compellere debeas et arcere, nullam in hoc sub obtentu nostre gracie neglegenciam commissurus. Datum Prage prima die mensis VII bris Regnorum nostrorum anno tercio.

Per Dominum Cancell. Johannes Nouiforensis.

Copialbuch der Städteprivilegien Nr. 10 auf dem Glatzer Steueramte.

1349. Glatz.

Consules Glacenses: Johannes de Wunschilburg, Cunadus de Wolvilsdorf, Nycolaus Molaris, Nycolaus Wolveram, Johannes Suntag.

Wolferam Schetirwang hat gekouft ..... virdung cinses uf der Luchsinne erbe czu Kunigshayn ..... sal czu eyn ewige Selgerethe...

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Magistratsarchive zu Glatz.

1349.

Johannes, Pfarrer zu Gabersdorf, erwähnt im Liber proscriptorum in curia Glacensi.

1349, März 25.

Reverendus in Christo pater Arnestus inchoavit, fundavit, erexit et in propria persona consecravit XXV die Martii, hoc est in die Annuntiacionis S. Mariae, monasterium Canonicorum Regularium montis S. Mariae in Glatz, Pragensis diocesis.

Chronik der Augustiner-Chorherrn zu Glatz 1456—1492. (Original im Staatsarchive zu Breslau.)

1349, Juni 26.

In den Rechten des Schweidnitzer, Striegauer und Reichenbacher Kürschnerhandwerks, wie dieselben im ältesten Striegauer Stadtbuche Fol. 4 und 5 enthalten sind, findet sich unter den Zeugen, welche die „Saczunge" beglaubigten, Heyneman von Glocz.

Cod. diplom. Silesiae tom. 8, S. 33.

1350. Glatz.

Her Johannes, der pharrer von Nidirnstynow hat gekouft .... dryttehalp (Mark?) cinses alle jar .... Hec acta sunt temporibus consulum Johannis Czcheterwange, C. Heroldi, Jo. Eckil, Ny. Kunenwalde, Henrici Wassirzeligen. Anno domini Millesimo CCC° L° Jubileo.

Pergamentenes Fundationszinsbuch von 1337 ff. im Magistratsarchive zu Glatz.

1350. Glatz.

Scabini primi: Hildebrandus Czuschner, Petrus Koczcze, Nicolaus Molaris, Cunradus Veluelstorf, Menczel Lywste, Martin Geuman, Joh. de Cunczendorf, Nicolaus Woluram, Henricus Czolner, Cunczil Dromil, Cunczil Leupold, Hannus Zontag electi per dominum episcopum Olomucensem et ducem Oppaviensem [1]) m° ccc° 1° in octava sancti Michaelis.

Nikil Lywste quam in eyn gehegt dink vnd gab zeiner elichen vrawen Agnethen, Nikils tochter von Arnoltdorf, virczig mark.

Nikil von der Wilcz gab in eym gehegten dinge zeiner hausvrawen Annen acht mark auf zein haus in der Sweidlergasse.

Pecz Slegil quam in eyn gehegt dink vnd gab zeiner hausvrawen Katheryn, der Weynrichynne tochter, zehen mark.

Fricz von der Wezen, der Weynrichen eidem, hat kauft dy vleischbank, di Pecz Slegils ist gewest.

Fricz von der Wezen gab zeiner hausvrawen Claren, der Weinrichyn tochter, eyn dritteil in al zein gut.

Peter von Ekkartstorf hot kauft eyn halbe brotbank.

Die vrawe Rochna von Rednicz hat eyn virteil des brunnen, der do stet in dem hause, daz Heinrich Wasserzelgen waz, vnd eynen wek doczu, der vor czu dem steynhause gehort hat bei dem pfaffenbergisschen tore.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz.

1350.

Hujus (i. e. domini Hermanni, abbatis Saganensis) tempore monasterium fratrum nostrorum in Glocz a reverendissimo patre domino Arnesto, archiepiscopo Pragensi, est fundatum, in quod monasterium in anno MCCC quinquagesimo, qui tunc ex constitutione domini Clementis sexti jubileus extitit, fratres de Rudenicz sunt introducti.

Catalogus abbatum Saganensium (Script. rer. Sil. I, S. 188).

[1]) Johann VII. Volek, der natürliche Sohn Wenzels, des letzten Przemisliden.

1350.

Der erste Augustiner-Propst Johannes wird nebst einigen anderen Ordensbrüdern aus dem Kloster Raudnitz berufen und in das Stift zu Glatz eingewiesen. Dasselbe wurde unter ihm vollends ausgebaut.

„Hic (Joannes) fuit vir literaturae magnae et utiliter rem gloriosam super psalmos collegit, quam collecturam appellavit plectrum et propriis manibus conscripsit in duobus voluminibus, quae usque hodie habentur in eodem monasterio Glacensi."

Augustinerchronik.

1350, Januar 10. Prag.

Karl IV. giebt den Rittern und Adligen des Landes Glatz das Recht, ihre Güter unter Verwandten frei zu vermachen und vor kein anderes Gericht als vor den Burggrafen auf dem Schlosse geladen zu werden, wogegen sie die Königlichen Mühlenwehre zu Glatz im Stande halten sollen.

Karolus Dei Gracia Romanorum Rex semper Augustus et Bohemie Rex notum facimus Universis, quod attendentes multiplicia merita probitatis et constantis fidei puritatem Nobilium terre Glacensis, militum atque Clientum fidelium nostrorum, quibus iidem nobis et clare memorie illustribus progenitoribus et predecessoribus nostris quondam Bohemie regibus attento studio placuerunt et se praebent aucto fidelitatis amore continuo graciosiores, ipsis, heredibus, coheredibus et successoribus ipsorum in perpetuum de singulari nostre Majestatis favore presentibus indulgemus, quod si fratres aliqui, patrui, avunculi aut affines in prefato Glacensi territorio commorantes, qui fortassis bona sua diviserunt aut ab ipsorum progenitoribus divisa fuerint, devoluciones bonorum talium mutuo resignare vellent, quod illud coram Capitaneo sive Burgravio Glaczensi, qui pro tempore fuerit, facere possint et valeant, et illud, dum litteris Capitanei sive Burggravii prefati aut testimonio, noticia et certa sciencia Vasallorum factum fore constiterit, omne robur omnemque firmitatem habere decernimus ac si coram Nobis id fieret ac nostris Regalibus litteris muniretur. Volumus eciam quod prefati Vasalli, heredes, coheredes et successores ipsorum in perpetuum aquigeros molendinorum Glacensium, qui vulgo „Weer" dicuntur, constructionem, reparacionem sive reformacionem ipsorum cuicumque persone juxta discrecionem ipsorum possint committere, sic tamen quod tali modo regantur et emendentur

continuo, quatenus nostris molendinis nullum prejudicium generetur. Neque ipsos Vasallos, rusticos et homines ipsorum per Capitaneum Glacensem sive Burggravium aut ejus substitutum ad aliquas vecturas sive labores penes antedictos aquigeros exercendos volumus in antea coherceri, decernentes et edicto Regio specialiter statuentes, quod supradicti Vasalli Glacenses, fideles nostri, heredes, coheredes et successores ipsorum in perpetuum non alias, nisi tantum coram Burggravio aut ejus Judice substituto in castro Glaczensi de omnibus causis criminalibus sive civilibus, realibus sive personalibus debeant respondere, nec ad nostram presenciam seu Jurisdictionem quorumcumque Judicum Regni Bohemie evocari sive citari valeant, ymmo si citarentur, comparare non debeant nec alicui pene judiciarie de jure vel consuetudine sint astricti, nisi fortassis manifeste posset ostendi, quod actoribus et de predictis Vasallis conquerentibus coram prefato Burggravio vel ejus Judice substituto in dicto castro Glacensi negaretur justicia nec posset fieri debitum justicie complementum.

Et insuper de nostre benignitatis munere speciali dictis Vasallis nostris, heredibus, coheredibus et successoribus ipsorum in perpetuum omnes antiquas observancias et approbatas consuetudines quoad ordinem sive disposicionem Juris ipsorum, utpote circa modos Judiciis presidendi, placitandique judicialiter, sentencias fulminandi et easdem exequendi, et penes alia, que sunt in Judiciis oportuna, sicut apud clare memorie Illustres progenitores nostros et nominatim illustrem Johannem, olim Genitorem nostrum, Bohemie reges iisdem observanciis et consuetudinibus usi sunt, etiam si tractu temporis aut impedimento quolibet vel eventu contrario in desuetudinem abierunt, de certa nostra sciencia et de Regie potestatis plenitudine approbamus, ratificamus et per omnia presentibus confirmamus, inhibentes universis et singulis Capitaneis, Camerariis, Subcamerariis, Judicibus, Justiciariis et ceteris Regni Bohemie officialibus, nominatim et expresse Burggraviis Glacensibus, qui pro tempore fuerint fidelibus nostris, ne prefatos Vasallos nostros, heredes, coheredes et successores ipsorum in perpetuum adversus presentis nostre largicionis, approbacionis, ratificacionis et confirmacionis indultum impediant aut sinant quomodolibet impediri sub pena nostre indignacionis Regie, quam qui secus attemptare presumpserit, se cognoscat graviter incurrisse. Presencium sub nostre Majestatis sigillo testimonio litterarum datum Prage Ao. Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo

Jubileo quarto ydus Januarii, Regnorum nostrorum Anno quarto. — Per Dominum Regem Johannes Noviforensis.

Nach einem Vidimus des Herzogs Friedrich von Liegnitz und Brieg d. d. Liegnitz 1517 feria sexta die St. Leonhardi conf. (Pergamenturkunde des Glatzer Magistratsarchivs).

1350, Januar 12. Prag.

Karl IV. beurkundet, daß ihm die Einwohner des Landes Glatz zur Einlösung desselben von Albrecht von Crenowitz anderthalb Berne d. i. 1500 Schock Groschen gegeben haben, obwohl sie nach dem Privilegium des Königs Johann nur eine halbe Berne zu zahlen schuldig waren, und giebt ihnen darüber einen Schadlosbrief.

Nos Carolus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex notum facimus universis, quod licet nobiles, vasalli, milites et clientes terre Glacensis, sculteti et cives civitatum fideles nostri dilecti ad nostre supplicacionis instanciam, ut terram Glacensem de manibus Alberti de Crenevicz, qui nomine pignoris tenebat eandem, eo commodius eximere valeremus, nobis in subsidium unam bernam cum dimidia in civitatibus et Glacensi territorio prefatis ad obtinendam ibidem: mille quingenas sexagenas grossorum debita fidei promptitudine solverunt, cum mediam bernam tantummodo de omnibus bonis suis ex privilegio regum Boemie et nominatim clare memorie Illustris Joannis quondam Boemie regis genitoris nostri carissimi solvere tenerentur, Nos enim considerantes fidei constanciam et legalitatis industriam, quibus nobis et progenitoribus nostris attenta sollicitudine servierunt, indemnitati ipsorum consulere volentes graciose, ne dicta totalis berne solucio in consequenciam trahi valeat in predictorum Nobilium, Scultetorum, Civium, Rusticorum et Incolarum prefati territorii manifestum prejudicium et jacturam, decernimus et auctoritate regia pronunciamus, diffinimus et declaramus atque statuimus de gracia singulari, quod non obstante solucione prefata, quam ad consequenciam trahi nolumus, cum non in derogacionem privilegii, sed bona fide facta noscatur, ex nunc in antea perpetuis temporibus de bonis suis omnibus cultis et imposterum excolendis ipsi heredes et successores eorum nobis, heredibus et successoribus nostris regibus Boemie, quatenus bernam jure et regni approbata consuetudine quibuscunque de causis instaurari contingat, mediam tantummodo bernam juxta privilegiorum tenores, que desuper obtinuisse noscuntur, dare et solvere teneantur, inhibentes universis capitaneis, camerariis, subcamerariis, judicibus, justiciariis, nominatim Burggraviis

Glacensibus, qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris, ne predictos Nobiles, Vasallos, Scultetos, Cives, Rusticos et ceteros Incolas Glacensis territorii fideles nostros adversus presentis nostre pronunciacionis, declaracionis sive diffinicionis indultum impediant sive impediri permittant sub pena nostre indignacionis, quam qui secus attemptare presumpserit, se noverit graviter incursurum.

Harum nostrarum testimonio litterarum datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, secundo Idus Januarii, regnorum nostrorum anno quarto.

Privilegienbuch Nr. 1 im Glatzer Rathhausarchiv Fol. 649.

1350, Februar 5. Glatz.

Albert von Crenowitz, Hauptmann von Glatz, bestätigt einen vom Erzbischof Arnestus geschehenen Güterkauf.

Nos Albertus de Krenwicz Capitaneus Glacensis, Hanco de Knoblauchdorf, Henzlinus de Biela, Bawor et Hartungus de Nymans, Otto dictus Ratoldi et Zifridus de Knoblauchdorf notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod Nobiles viri Renczo et Nycolaus fratres de Glubocz, personaliter coram nobis constituti, recognoverunt publice et protestati sunt, quod ipsi animo deliberato et maturo consilio suorum amicorum prehabito, bona sua in territorio Glacensi sita videlicet in Sweydlerdorf inferiori XXXVII laneos censuales cum prato et quibusdam agris superfluis, qui Ubirschar proprie dicuntur, quorum prati et agrorum redditus predictorum annuatim ad duorum laneorum sufficienciam se extendunt, In superiori Sweydlerdorf unum cum dimidio laneum sub aratro et unum censualem, sex quoque laneos censuales minus $2^1/_2$ virga in Bertholdi villa ac (in) Isenrichdorf allodium de $2^1/_2$ laneo et ortum unum ante castrum Glacz situm cum curia in eodem castro sita cum piscaturis, fluminibus, aquis aquarumve decursibus, pascuis, pomeriis et suis pertinenciis universis rite et racionabiliter iusto vendicionis tytulo Reverendo in Christo patri et domino domino Arnesto, sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopo, nec non nobilibus viris et dominis Smyloni et Wilhelmo fratribus ejusdem domini Archiepiscopi, dictis de Pordubicz, omni jure et dominio, utilitatibus, proventibus, obvencionibus, libertatibus, honoribus, usibus quibuscunque et in quibuscunque rebus consistant, in universis et singulis metis, gadibus et greneciis, prout antiquitus circumferencialiter sunt distincti, quibus hactenus tenuerunt, habuerunt et possederunt, vendiderunt pro sentingentis et XVIII marcis gravibus gross.

Pragens., LXIIII grossos pro marca qualibet computando, quas ab ipsis fatribus et dominis recognoscebant se recepisse, per eosdem fratres ac dominos jure hereditario et proprietario habenda, tenenda ac perpetue possidenda, nichil sibi in hiis omnibus et singulis bonis predictis juris, proprietatis, porcionis et dominii reservantes, promittentes insuper bona et sincera fide sine dolo in solidum predictis dominis, Arnesto Archiepiscopo, Smyloni et Wilhelmo fratribus, heredibus et successoribus ipsorum, omnia et singula bona predicta ab omni arestacione, impeticione, infestacione quacunque ex causa quarumcunque personarum utriusque sexus, prout status, jus et consuetudo territorii Glacensis exigit et requirit, gwarandare, disbrigare, libertare et ab omnibus exonerare, constituentes eciam fidejussores et disbrigatores pro se pro omnibus supradictis per eosdem Renczonem et Nycolaum, fratres predictos, jam dictis dominis et fratribus explendis et observandis, prout in litteris super vendicione bonorum predictorum eisdem dominis et fratribus, heredibus et successoribus ipsorum datis plenius et lucidius contineri videtur. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem ac robur perpetuo valiturum presentes litteras fieri voluimus ipsasque ad peticionem et requisicionem Renczonis et Nycolay fratrum supradictorum sigillorum nostrorum appensione et munimine jussimus communiri. Datum Glacz anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo Jubileo, quinta die mensis Februarii.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. A., Nr. 1e mit 7 an Pergamentstreifen hängenden weißen Wachssiegeln, von denen das 4. abgerissen ist.

Das 1. Siegel (des Crenowitz) zeigt einen Schild mit einer Kugel, worin in Schächerkreuzform drei Dolche spiken. Darüber befindet sich ein Helm mit Straußenfedern.

Das 2. Siegel (des Knoblauchsdorf) zeigt einen Dreiecksschild mit schräg (von rechts nach links) gestreifter Querbinde.

Das 3. Siegel (des Bela) zeigt einen Dreiecksschild mit einem Mühlstein, aus dessen Rande 3 mit Nägeln besetzte Hämmer hervorstehen.

Das 5. Wappen (des Ratold) zeigt im Schilde einen sitzenden Vogel.

Das 6. Siegel zeigt wieder den Knoblauchsdorf'schen Bindenschild, aber von links nach rechts gestreift (Zifridus de K.)

Das 7. Siegel (des Nymancz) zeigt einen durch gestürzte Sparren sechsmal getheilten Schild.

1350, Februar 7. Glatz.

Renczko und Nikolaus von Glubos verkaufen gewisse Güter in Schwedeldorf, Eisersdorf und Batzdorf an den Erzbischof Arnestus und seine Brüder.

Nos Renczco et Nycolaus fratres de Glubocz ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nos matura et diligenti deliberacione inter nos prehabita, bona nostra videlicet Curiam in castro Glacensi, quam inhabitabamus, Curiam cum aratura in Ysinricivilla, que continet in se duos mansos cum dimidio cum seminibus yemalibus, in Sweydlerii villa inferiori triginta septem mansos cum duabus virgis, item in superiore Sweydlerii villa unum mansum cum dimidio sub aratro et unum mansum censualem cum quibusdam agris sive campis superfluis, de quibus solvuntur LXXVI grossi annuatim, item in Pertholdi villa sex mansos minus tercia dimidia virga cum rusticorum curiis, areis, cum agris cultis et incultis, silvis, nemoribus, rubetis, montibus, vallibus, venacionibus, aucupacionibus, pratis, pascuis, ortis, pomeriis, humuletis, aquis aquarumve decursibus, fluminibus, rivulis, piscacionibus, piscinis, piscatoribus, molendinis, censibus, fructibus, redditibus, obvencionibus, honoribus, usibus, proventibus, juribus, libertatibus, judicibus, judiciis, nec non Jure patronatus ecclesiarum ibidem et aliis omnibus utilitatibus, quocunque nomine vel vocabulo nuncupenter et in quibuscunque rebus consistant, ad predicta bona et villas pertinentibus, ac cum omni jure dominii, que tenuimus et possedimus cum progenitoribus nostris a dive memorie Regibus Boemie in feodum pacifice et quiete, consensuque et voluntate serenissimi Principis et domini domini Karoli, Romanorum Regis semper Augusti Illustris et Boemie Regis, nostro domineque Katherine consortis mee, Renczonis heredumque nostrorum nomine et consensu intervenientibus, vendidimus et presentibus vendimus rite et racionabiliter Reverendo in Christo patri et domino domino Arnesto, sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopo, et nobilibus viris dominis Smyloni et Wilhelmo fratribus ejusdem domini Archiepiscopi uterinis, dictis de Pordubicz, ementibus pro se, heredibus et successoribus suis perpetue, et de ipsis cessimus et condescendimus ac in eorum proprietatem tradidimus et tradimus pro septingentis et decem et octo marcis gravibus grossorum pragensium argenteorum, LXIIII grossos pro marca qualibet computando, quas ab ipsis in parata et numerata pecunia recognoscimus integraliter et complete nos recepisse et in evidentem et summe necessariam utilitatem nostram easdem convertisse, transferentes in ipsos et quemlibet ipsorum, heredes et successores eorumdem, totum jus dominii et proprietatis, quod nobis in eisdem bonis et ipsorum pertinenciis competebat vel competere potuit quomodolibet in futurum, per ipsos fratres et eorum quemlibet, heredes et successores ipsorum, eodem jure et hereditarie

tenenda, possidenda, gubernanda et utifruenda absque omni impedimento pacifice et quiete, renunciantes expresse pro nobis et heredibus nostris ac domina Katherina, consorte Renczonis prefati, presentibus et futuris, omni juris auxilio, actioni, questioni, que nobis circa bona predicta competunt vel competere possent quomodolibet in futurum ac promittentes pura et sincera fide sine dolo et fraude, prefatos dominos, utpote Arnestum Archiepiscopum Pragensem, Smylonem et Wilhelmum fratres de Pordubicz, heredes et successores ipsorum, in vendicione et translacione juris et dominii bonorum predictorum per nos, ut premittitur, factis ac possessione eorumdem non impedire ullo umquam tempore verbo vel facto, consilio vel auxilio nec ipsis, heredibus et successoribus ipsorum, aliquam materiam questionis per nos et heredes nostros movere aliqua racione vel causa, pro eisdem ipsaque cum ipsorum pertinenciis jure territorii Glacensis contra quemlibet hominem et a quolibet homine in possessione eorundem ipsos dominos et fratres impedientem seu impedire quomodolibet volentem, prout consuetudo et jus territorii ejusdem requirit et observat, disbrigare.

Nos quoque Johannes Wustenhuf de Neunrod, Jarko de Muczin, Otto de Nymans et Otto de Glubocz, frater uterinus Renczonis et Nycolay fratrum predictorum constituentes nos sponte fidejussores et disbrigatores pro eisdem et pro omnibus et singulis, que supra promittuntur per eosdem Renczonem et Nycolaum fratres circa vendicionem bonorum predictorum observandis, promittimus pro ipsis et cum ipsis prelibatis dominis et fratribus Arnesto archiepiscopo Pragensi, Smyloni et Wilhelmo, heredibus et successoribus ipsorum, omnes in solidum sincera fide, bona predicta omnia et singula cum ipsorum usibus, juribus et pertinenciis universis contra quemlibet hominem et a quolibet homine et specialiter contra dominam Katherinam, consortem Renczonis prefati, si constaret ipsam in bonis et villis predictis vel parte ipsorum occasione seu racione sui dotalicii jus habere vel quomodolibet pro se usurpare, jure et consuetudine territorii Glacensis, prout est superius prelibatum. Si autem, quod absit, per aliquam personam, cujuscumque status vel condicionis sit, prefati domini et fratres: Arnestus archiepiscopus, Smylo et Wilhelmus, heredes et successores ipsorum in possessione bonorum predictorum in toto vel in parte aliqua eorundem impeterentur seu impedirentur et nos ipsa disbrigare non possemus aliqua racione, extunc statim a monicione seu requisicione per eosdem dominos et fratres nobis super ipsa

disbrigacione facta infra quatuordecim dies promittimus et debemus intrare ad obstagium majoris civitatis Pragensis omnes propriis in personis ad hospitem, qui nobis per eosdem dominos et fratres, heredes et successores ipsorum, deputatus fuerit more veri obstagii in eodem permansuri tamdiu, quousque ipsis et eorum cuilibet, heredibus et successoribus ipsorum, bona predicta per nos disbrigata fuerint vel satisfactio pecuniaria in grossis pragensibus argenteis fieret pro eisdem juxta taxacionem seu extimacionem foedalium territorii Glacensis ad hoc electorum. Presentibus nobilibus viris et dominis Hancone de Knoblauchdorfe, Henzlino de Biela, Tyczone de Panwicz, Bohuncone dicto Hayek de Tuchoraz, Baworone et Hartunco de Nymans testibus, quorum sigilla in testimonium omnium premissorum et robur perpetuo obtinendum ad peticionem et requisicionem nostram una cum sigillis nostris presentibus literis sunt appensa, actum et datum Glacz anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo jubileo in dominica, qua cantatur Esto mihi in deum protectorem.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv, sub. litt. A. Nr. 1 c. Von den 12 an Pergamentstreifen ehemals anhangenden Wachssiegeln ist nur noch das 7. (mit dem Knoblauchsdorf'schen Bindenschild) vorhanden.

1350, Februar 18. Glatz.

Reinczko und Nicolaus von Glubos verkaufen alle ihre Güter im Glatzer Lande für 718 Mark dem Erzbischof Arnestus und seinen Brüdern.

Noverint Universi, ad quorum audienciam presentes pervenerint, quod Nos Reynczko et Nycolaus fratres de Glubocz sana mentis et corporis valetudine, animo deliberato, voluntate bona, nostrorum amicorum maturo prehabito consilio, universa et singula bona nostra in territorio Glacensi sita videlicet in Sweydelerdorff inferiori triginta septem laneos censuales cum prato et agris quibusdam superfluis, qui Ubirschar proprie dicuntur, quorum prati et agrorum redditus predictorum annuatim ad duorum laneorum sufficienciam se extendunt, et in superiori Sweydelerdorff unum laneum cum dimidio sub aratro cum uno laneo censuali ibidem, sex quoque laneos censuales minus tercia dimidia virga in Bertholdisdorff, item in Ysinrichsdorff allodium de tercio dimidio laneo et ortum unum ante Castrum Glacz situm cum Curia nostra in Castro eodem sita cum piscaturis, fluminibus, aquis aquarumve decursibus, pascuis, pratis, pomeriis et pertinenciis suis universis rite et racionabiliter juste vendicionis

tytulo Reverendo in Christo patri et domino domino Arnesto, sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopo, necnon Nobilibus viris dominis Smyloni et Wilhelmo, fratribus ipsius, dictis de Pordubicz, omni jure, dominio, utilitatibus, proventibus, obvencionibus, honoribus, usibus et usufructibus quibuscumque et in quibuscunque locis seu rebus consistant, in universis et singulis metis, gadibus et greniciis, prout circumferencialiter sunt distincta, quibus hactenus ipsa bona tenuimus, habuimus et possedimus, — vendidimus ac presentibus vendimus pro septingentis et decem et octo marcis gravibus grossorum Pragensium, sexaginta quatuor grossos pro marca qualibet computando, quas ab eis in parata et numerata pecunia recognoscimus recepisse, per ipsos dominos et fratres, heredes et successores ipsorum jure hereditario et proprietario habenda, tenenda, utifruenda et in perpetuum possidenda, nichil nobis in hiis omnibus et singulis bonis predictis juris, proprietatis, porcionis seu dominii reservantes; promittentes insolidum bona fide et omni sine dolo predictis dominis: Arnesto Archiepiscopo, Smyloni et Wilhelmo, heredibus et successoribus ipsorum, omnia et singula bona pretacta ab omni arrestacione, impeticione et infestacione quacunque ex causa quorumcunque utriusque sexus juxta statum, jus, morem et consuetudinem Glaczensis terre warandare, disbrigare, libertare et ab omnibus exonerare.

Nos quoque Johannes Wusthube de Nowinrode, Jerko de Muschyn milites, Otto de Nymandis et Otto de Glubocz fratris Renczkonis et Nycolai fratris predictorum constituentes nos sponte et voluntarie fideiussores, disbrigatores et mandatores pro omnibus et singulis, que supra promittuntur per eosdem Reynczkonem et Nycolaum fratres, explendis et observandis promittimus pro ipsis et cum ipsis dominis et fratribus sepedictis, heredibus et eorum successoribus in solidum bona et sincera fide sine dolositatis scrupulo, omnia et singula bona prefixa cum suis pertinenciis disbrigare, warandare ac libertare ab omni impeticione quorumcunque, cujuscunque status vel condicionis fuerint persone, per omnia, ut superius extitit prelibatum; quod si non fecerimus, extunc modo, condicionibus et fide, quibus supra omnes in solidum pollicemur et volumus civitatem Glacz nomine iusti et veri obstagii in hospicium commune infra unum mensem, a monicione nobis per ipsos dominos fratres aut eorum aliquem facta, subingredi non exituri, quoadusque sepius memorata bona omnia et singula cum suis appendiis ab omni impeticione, arrestacione et infestacione disbrigata, warandata et

exoccupata extiterint ad integrum in parte et in toto. In cuius vendicionis, promissionis et exbrigacionis memoriam firmiorem presentes fieri fecimus nostrorum sigillorum munimine roboratas. Datum et actum Glacz proxima feria quinta post dominicam Invocavit Anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo Jubileo.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. A, Nr. 1 c, mit 6 Wachssiegeln an Pergamentstreifen. Das 1., 2. und 6. zeigen im dreieckigen Wappenschilde den aufrechten, rechts gekrümmten Karpfen (Glubos). — Beim 3. Siegel befindet sich in jeder Ecke des Dreiecksschildes eine Lilienblüthe. Die Stiele derselben treffen in der Mitte des Schildes zusammen und in jedem der drei dadurch gebildeten Winkel erscheint eine 5blättrige Rose (Wüstehube). — Das 4. Siegel (des Mosch) zeigt einen Helm mit Büffelhörnern, welche mit Federn besteckt sind; das 5. (des Nymancz) einen durch gestürzte Sparren sechsmal getheilten Schild.

1350, Februar 19.

Ablaßbrief für die Minoritenkirche zu Glatz.

Universis et singulis presentes litteras inspecturis Ponaus miseracione diuina dei et apostolice sedis gracia Episcopus Vrbenetanus ac in Alma Urbis domini pape Vicarius, Jacobus Episcopus Nepesinus et frater Stephanus Episcopus Tassaranensis Salutem in domino. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod redemptore domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam; Cumque ex parte dilecti filii nostri Nicolai Mulsteyn de Civitate Glocz Nobis fuerit humiliter supplicatum, ut omnibus venientibus ad Ecclesiam Sancte Marie ordinis Sancti Francisci de dicta diocesi velimus indulgenciam exibere, nos vero de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui vel que predictam visitaverint ecclesiam in ipsius festivitatibus seu eciam sollempnitatibus beate Marie Virginis, Nativitatis domini, Circumcisionis, Epiphanye, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, dedicationis Ecclesie, sancte crucis, sanctorum Angelorum, Johannis Baptiste, beatorum Petri et Pauli et omnium apostolorum et evangelistarum ac sanctorum martirum Stephani et Laurencii, sanctorum doctorum Jeronimi et aliorum doctorum sanctorumque confessorum Nicolai et Martini nec non beatarum Marie Magdalene, Agnetis,

Lucie, Caterine, Cecilie, Margarite, Helisabeth et in festo omnium sanctorum et per eorum octavas in die animarum et singulis diebus dominicis ac eciam, qui corpus Christi, cum portatur infirmis, secuti fuerint aut qui in serotina pulsatione campane ter Ave Maria devote dysserierint, vel qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia dicte Ecclesie necessaria manus porrexerint adjutrices, quilibet nostrum quadraginta dies de injunctis sibi penitenciis misericorditer in domino relaxamus, dummodo ad ea dyocesanus eius prestet assensum. In cuius rei testimonium presentes litteras nostrorum sigillorum fecimus appensione muniri. Datum in palatiis nostris anno domini millesimo CCCL, Pontificatus domini Clementis Pape VI, indictione tercia, mensis Februarii die XVIIII, anno eius octavo.

Orig. Perg. im Kögler'schen Archiv zu Ullersdorf mit 3 an grün-violett-weißen Hanfschnüren hängenden Siegeln in rothem Wachs.

1350, März 31. Prag.

Karl IV. befiehlt dem Hauptmann von Glatz, den Erzbischof Arnestus und seine Brüder im Besitze der Scholtiseien zu Schwedeldorf und Batzdorf zu schützen.

Carolus dei gracia Romanorum Rex semper augustus et Boemie Rex Nobili . . Capitaneo sive Burggravio Glacensi, qui pro tempore fuerit fideli nostro dilecto, graciam regiam et omne bonum. Pridem venerabilis Arnestus, sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopus, princeps et devotus noster dilectus et sui fratres quedam bona, agros, possessiones et predia in villis Sweidlerdorff, Bertholdsdorf et Ysenreychsdorf Glacensis districtus, nec non in castro Glacensi et suis coherentiis suo precio compararunt nosque demum consideratis multiplicibus meritis, probitatis et constantis fidei puritate, quibus idem Archiepiscopus et dicti sui fratres nostre majestatis oculis multimode placuerunt, sibi, fratribus suis predictis, heredibus et successoribus ipsorum, in perpetuum scultetos et scultetias villarum Sweydlerdorff et Bertholdsdorff nec non censum, vtilitatem et usufructum forestarie in omnibus et singulis bonis predictis prefati Glacensis districtus animo deliberato et de certa nostra scientia, nonnullorum Baronum, Procerum ac fidelium regni Boemie consilio precedente, rite donavimus de nostre celsitudinis gracia speciali. Idcirco fidelitati tue committimus et seriose mandamus, quatenus prefatum Archiepiscopum, fratres ejus, heredes et successores ipsorum, in possessione dictorum bonorum, agrorum, prediorum, possessionum, scultetorum, scultetiarum, censuum

ac utilitatum forestarie prefate auctoritate regia tuearis, ipsosque ab omnibus injuriis ac violentiis, oppressionibus quibuscunque cum debite sedulitatis frequencia manuteneas et conserves, nullam in hoc quovis pretextu negligenciam commissurus. Datum Prage ultima die mensis Martii regnorum nostrorum anno quarto. — Per dominum Regem Johannes Noviforensis.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv, sub litt. A, Nr. 3b, mit vorn aufgedrücktem Adlersiegel in rothem Wachse.

1350, März 31. Prag.

Karl IV. befiehlt den Nobilibus Quatuor Electis et ceteris vasallis territorii Glacensis, den Erzbischof Arnestus und seine Brüder im Besitze der Scholtiseien von Schwedeldorf und Batzdorf zu schützen. (Wortlaut im übrigen genau übereinstimmend mit der vorangegangenen Urkunde!)

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. A, Nr. 3a, mit vorn aufgedrücktem Adlersiegel in rothem Wachs.

1350, März 31. Prag.

Karl IV. befiehlt dem Scholzen von Niederschwedeldorf, dem Erzbischof Arnestus und seinen Brüdern unterthan zu sein.

Karolus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex dilecto nobis Sculteto inferioris ville Sweydlerdorff Glacensis districtus, fideli nostro dilecto, graciam Regiam et omne bonum. Quia pridem Venerabili Arnesto, sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopo, principi et devoto nostro dilecto, ac suis fratribus, fidelibus nostris, omnem jurisdictionem vasallagii, obsequiorum, serviciorum, censuum et utilitatum, quibus tu, heredes et successores tui, sculteti ville predicte, ad nos et Cameram nostram, heredes vel successores nostros, Boemie Reges, respectum exigente iusticia haberetis aut jam habetis ex debito, non absque principum, Baronum ac Nobilium prefati Regni nostri Boemie consilio speciali de nostre maiestatis clemencia dignum duximus liberaliter erogandum, sicut hoc in litteris nostris tam sigillis certis quam eciam Aurea Bulla et nostre maiestatis Typario propensius insignitis plenius et lucidius continetur, Idcirco fidelitati tue committimus et sub optentu gracie nostre firmiter precipiendo mandamus, quatenus exnunc inantea ad prefatum Archiepiscopum, fratres suos seu ad eos, quos tibi nominandos duxerint, respectum habere debeas et ipsis in omnibus et singulis, quibus astringebaris Camere nostre Regali, prompte et fideliter obedire; nam te heredes et suc-

sessores tuos scultetos ibidem ab omni jurisdictione universitatis Scultetorum Glacensis, contribucione, convocatione et ceteris quibuscunque juribus, quibus pertinebas ad ipsos, vel tui heredes aut posteri poterant pertinere, et ab omnibus serviciis realibus et personalibus, cuiuscunque condicionis existant, te tuosque heredes, successores et posteros duximus absolvendum, ut ad nullum preterquam ad prefatum Archiepiscopum, fratres suos vel ad eos, qui vobis per supradictos nominati et ostensi fuerint, tamquam ad verum, naturalem et ordinatum dominum respectum debeatis habere eisque tamquam nobis in omnibus obedire sub pena nostre indignacionis, quam te seu tuos heredes, successores et posteros in casu si contrafactum fuerit volumus et decernimus graviter incurrisse. Presencium sub nostro Sigillo testimonio litterarum datum Prage ultima die Mensis Martii, Regnorum nostrorum anno quarto. — Per dominum Regem Johannes Noviforensis.

Orig. Perg. im Pfarreiarchiv zu Glatz sub litt. A, Nr. 3c, mit vorn aufgedrücktem Adlersiegel in rothem Wachs.

1350, März 31. Prag.

Ein dem vorangehenden gleichlautender Befehl ergeht an den Scholzen von Batzdorf.

Orig. Perg. unter gleicher Signatur im Pfarreiarchive zu Glatz mit aufgedrücktem Adlersiegel in rothem Wachs.

1350, Mai 15. Glatz.

Otto, Rentschko und Nikolaus von Glubus quittiren über den vom Erzbischof Arnestus gezahlten Kaufpreis für die Güter in Schwedeldorf, Batzdorf, Eisersdorf ꝛc.

Nos Otto, Rentschko et Nycolaus fratres, dicti de Gluboz, recognoscimus tenore presencium universis, Quod Venerabilis in Christo pater ac dominus Arnestus, divina Mangnificencia sancte Pragensis Ecclesie Archiepiscopus, bona nostra in Sweydelerdorff et Bertholdisdorff cum allodio in Ysinrichsdorff iacenti ac Curiam in castro Glacz cum ortis ac singulis bonis ad ea pertinentibus rite ac racionabiliter apud nos emit pro septingentis et decem et octo marcis; qui dominus Archiepiscopus predictam summam pecunie nobis decenter, honeste et ex toto persolvit, unde ipsum dominum . . cum ceteris suis fideiussoribus liberos penitus dimittimus et solutos pecunia de predicta. Id presentibus profitemur harum testimonio litterarum datarum nostris sub sigillis Glacz in

vigilia pentechosten. Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Jubileo.

Orig. Perg. im Pfarreiarchiv zu Glatz sub litt. A., Nr. 1d. mit 3 an Pergamentstreifen hängenden Wachssiegeln, deren jedes einen aufrecht gestellten rechtsgekrümmten Karpfen in einem Dreiecksschilde zeigt.

1350, Juli 18. Prag.

Kaiser Karl IV. befiehlt den Bürgern von Prag, Breslau, Brünn, Olmütz, Glatz u. s. w., daß sie alle Kaufleute aus den polnischen Ländern mit ihren Waaren hinausweisen, nachdem dieselben den böhmischen Kaufleuten den Handel nach Rußland und Preußen verwehrt hätten.

Datum Prage anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo jubileo, XVIII die mensis Julii, Regnorum nostrorum Romani anno quinto, Bohemie vero quarto.

Abgedruckt bei Pelzel, Karl IV., I. Th. Urkundenbuch pag. 84 und im Cod. dipl. Moraviae VIII, S. 20.

1350, August 29. Grätz.

Karl IV. giebt den Schulzen von Niederschwedeldorf und Batzdorf, welche nur dem mündlichen Befehl des Königs gehorchen wollten, Weisungen bezüglich ihrer Unterthänigkeit zum Erzbischof Arnestus.

Karolus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex notum facimus universis, quod licet alias considerato pio racionabilique proposito venerabilis Arnesti, sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopi, Principis et devoti nostri carissimi, quo ipse novam fundacionem prepositi et Canonicorum Regularium Montis sancte Marie in oppido Glacensi una cum ceteris suis fratribus adeo frequenti et operosa sollicitatione prosequitur, sibi scultetos villarum Inferioris Sweidlerdorph et Bertoldisdorph prefati Glacensis districtus et demum prefatis preposito et Canonicis Regularibus, ipsorum successoribus et eidem ecclesie imperpetuum cum omnibus serviciis realibus sive personalibus, equi sive cujuscunque alterius modi serviendi et censu, quem iidem sculteti Regali camere nostre annue solvere consueverunt cum pleno dominio, juribus, fructibus, utilitatibus, emolimentis et pertinenciis suis, sicut ad Nos et coronam Regni Boemie spectaverunt actenus, animo deliberato, maturo Baronum et Procerum Regni nostri prefati accedente consilio et de certa nostra sciencia rite duxerimus conferendos, quia tamen iidem sculteti, dum per litteras nostras privilegiales datas desuper monerentur, nolebant prefato Archiepiscopo, fratribus suis aut eisdem preposito, Canonicis, Collegio sive conventui Canonicorum Regularium, ut premittitur, facere sive prestare

omagium fidelitatis et obediencie nec ad ipsos habere respectum, nisi hoc primitus vive vocis spiraculo mandaremus eisdem, ut per hoc fidei sue debitum erga Nos et Coronam Regni nostri prefati Boemie propensius custodirent, Nos pro felici et celeri expedicione dicti Collegii, dum essemus in oppido nostro Grecz super Albea, vocatis ad nostram presenciam dictis scultetis ambarum villarum puta Sweidlerdorph inferioris et Bertoldisdorph, in presencia et de consilio nonnullorum Principum, Baronum et Nobilium Regni prefati fidelium nostrorum, ipsos, heredes et successores ipsorum scultetos ibidem imperpetuum cum omnibus serviciis, censibus, solucionibus, omagiis, juramentis et obedienciis, fructibus, juribus, emolimentis et pertinenciis suis omnibus, sicut ad Nos et Coronam Regni predicti actenus pertinuisse noscuntur, ad prefatos prepositum, Canonicos, conventum et ecclesiam supradictam indicavimus, indicamus, ostendimus et monstramus, ut ad ipsos tamquam ad verum, ordinatum, naturale et iustum dominium respectum habere debeant, dictos quoque scultetos cum predictis adherenciis omni modo, jure, forma et tytulo, sicut in aliis litteris nostris privilegialibus editis desuper continetur expressum, eisdem preposito, Canonicis et ecclesie annectimus, incorporamus et de Regie potestatis plenitudine counimus. Presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum datum in oppido nostro Grecz supradicto, Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Jubileo, Indictione tercia, IV Kalendas Septembris, Regnorum nostrorum anno Quinto, presentibus venerabili Johanne Olomuczensi episcopo, aule nostre cancellario, necnon illustri Nicolao duce Oppavie, tunc Glacensi capitaneo, principibus ac Nobilibus Czenkone et Heinrico de Lypa, Wankone et Jescone de Wartemberg et aliis quampluribus Baronibus Regni predicti fidelibus nostris, testibus ad premissa. — Per dominum Regem Johannes Noviforensis.

Orig. Perg. sub litt. A. Nr. 3 F im Glatzer Pfarreiarchiv. An roth-violett-seidener Fadenschnur das wohlerhaltene Majestätssiegel mit 5 Daumeneindrücken auf der Rückseite.

1350, September 13. Grätz.

Karl IV. confirmirt den Brüdern von Glubos das Gericht zu Wernersdorf mit allem Zubehör.

Karolus dei gracia Romanorum rex semper Augustus et Bohemie rex notum facimus universis, quod cum pridem clare memorie illustris Joannes quondam rex Bohemie, genitor noster charissimus, consideratis meritis probitatis nobilium

olim Cunradi Bolkonis et Othonis fratrum de Glubos suorum fidelium, quibus sibi, dum utrobique viverent, diligenter placere curaverunt, ipsis judicium in Wernerstorff Glacensis districtus cum omnibus suis juribus, utilitatibus, fructibus et pertinenciis, liberum ab omni donacione et cujuslibet solucionis onere contulerit et rite duxerit conferendum, sicut in litteris ejusdem nostri genitoris de majori appenso suo sigillo rationabiliter vidimus contineri, Nos itaque nobilium Johannis, Ruperti, Cunradi, Georgii, Andree, Othonis et Ditrici filiorum supradicti Cunradi Bolkonis fidelium nostrorum promptitudinem et indefesse fidelitatis obsequia graciosius intuentes, ipsis et eorum heredibus ac successoribus in perpetuum animo deliberato et de certa nostra scientia dictum judicium in Wernersdorff cum omnibus suis juribus, utilitatibus, fructibus et pertinenciis, ut prefertur, liberum ab omni solucionis, taxacionis et contribucionis cujuslibet onere, quibus eciam nominibus appellari valeat, de solita regie benignitatis clemencia damus, conferimus et donamus, inhibentes universis et singulis Burggraviis, Judicibus provincialibus, officialibus et viceofficialibus districtus Glacensis predicti, qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris, ne prefatos Joannem, Rupertum, Cunradum, Georgium, Andream, Othonem et Ditricum, fratres, heredes et successores ipsorum adversus presentis nostre largicionis sive donacionis indultum impediant aut sinant quomodolibet impediri sub pena gravis nostre indignacionis, quam, qui secus attemptare presumpserint, se cognoscant graviter incurrisse. Presencium sub nostre majestatis sigillo testimonio litterarum, datum in Grez anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo Jubileo, XIII die mensis Septembris, regnorum nostrorum quinto. — Per Dominum Regem Johannes Noviforensis.

Collationirte Abschrift in einem 1613 geschriebenen Volumen des Glatzer Steueramtes: Privilegia u. Documenta der Glatzischen Landsassen, Nr. 1, S. 538.

1350, October 1. Bitschow bei Grätz.

Karl IV. beurkundet, daß er dem Albrecht von Crenowitz die Abgaben der Stadt Glatz an die Königliche Kammer (105 Schock Prager Groschen) verpfändet habe und verspricht der Stadt, diese Summe nie zu erhöhen.

Carolus dei gracia Romanorum rex semper Augustus et Bohemie rex fidelibus suis dilectis Civitatis Glacz iudici, iuratis et Civibus graciam suam et omne bonum. Quia censum Civitatis vestre et subsidium annuale, quem et quod in

numero sive summa Centum videlicet et quinque sexagenarum denariorum grossorum Pragensium hactenus Camere regali solvere consuevistis, dilecto fideli nostro Alberto de Crenewicz duximus in quibusdam suis debitis et super quibus alias nostras habet litteras, deputandum, precipimus et mandamus fidelitati vestre, quatenus prefatum censum sive subsidium eidem Alberto suisque heredibus tamdiu annis persolvatis singulis loco et ex parte nostri, quousque ab ipso huiusmodi assignacionem et a suis heredibus graciosius disbrigemus, promittentes sincere, quod prefatum censum sive subsidium pendente solucione predicti Alberti nulli alteri obligare vel deputare intendimus quoquo modo. Et ut vos fideles nostri antedicti de hoc a nostra maiestate, nihilominus a nostris heredibus, certa habeatis insignia, quam ob rem vos coniunctim et divisim ipsamque civitatem vestram a solucione sepedicti ex nunc prout ex tunc dicimus et recognoscimus liberos certitudinaliter et solutos, sic videlicet, quod de hoc successuris temporibus nullam vobis movebimus questionem. Ac eciam signanter exprimimus, (quod) pro tempore medio vltra premissa dona vos et civitatem vestram ad altiora munera non astringamus. Ad maiorem siquidem sepe dicti Alberti de Crenewicz et heredum suorum assecurationis cautelam volumus, vt statim sine protractione aliqua eciam litteras Civitatis vestre confectas sibi assignare nullatenus obmittatis. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et Sigillo nostro iussimus communiri. Datum in Opido nostro Bitschow prope Grecz Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo Jubileo, prima die Mensis Octobris, Regnorum nostrorum Anno quinto.

Nach dem Vidimus des Abtes Johannes von Camenz 1454, Decbr. 28. Glatzer Rathhausarchiv, Pergamenturkunde Nr. 9. Privilegienbuch Nr. 2 Fol. 19. Glatzer Rathhausarchiv.

1350, October 23. Prag.

Fundations-Instrument der Propstei St. Augustini in Glatz.

In Nomine Domini Amen. Nos Arnestus Dei et Apostolice Sedis gracia Sancte Pragensis Ecclesie Archiepiscopus, Smylo et Wilhelmus, fratres eiusdem domini Archiepiscopi, dicti de Pordubicz, universis presencium inspectoribus salutem in Domino sempiternam.

In presenti seculo scimus, sive oracionibus, sive consiliis invicem nos posse adjuvari; cum autem ante tribunal Christi venerimus, nec Job, nec Danielem, nec Noë rogare posse pro

quoquo sed unumquemque portare onus suum. Et ideo quisque mortalium, dum in humanis agit, in operibus misericordie et elemosinarum largicione se talem exhibere et exercere tenetur, ut pro hiis, que hic misericorditer elargitur, presentis vite subsidia et eterne claritatis premia a domino, qui multipliciter et in perpetuum mansura tribuit, recipere mereatur. Cupientes igitur transitoria et terrena pro celestibus et perpetuis felici commercio commutare vitamque consequi sempiternam: Ecclesiam ad laudem et gloriam omnipotentis dei eiusque Genitricis Virginis Marie semper gloriose ac in divini cultus augmentum pro Preposito et Canonicis Regularibus ibidem per nos constituendis et ponendis ac perpetuo inibi permansuris in oppido Glacz nostre Pragensis dyocesis jam construere cepimus et fundare, ipsamque adjuvante domino perficere laudabiliter intendimus et complere. Quam quidem Ecclesiam in honore sancte Marie Virginis, ut prefertur, intitulari volumus et eciam insigniri. Et quia spiritualia sine temporalibus non subsistunt, idcirco ut memorati, videlicet Prepositus et Canonici Regulares, qui nunc erunt et pro tempore seu perpetuis temporibus fuerint et esse debent eidem Ecclesie in divinis officiis, diurnis scilicet et nocturnis, devote et laudabiliter servientes, congrue et decenter valeant sustentari et alia necessaria exinde percipere et habere, bona et redditus ac proventus infrascriptos, que et quos a Nobilibus viris Renczone videlicet et Nicolao fratribus de Klobucz, accedente ad hoc serenissimi Principis et domini nostri domini Caroli Romanorum Regis semper Augusti et Boemie Regis speciali licencia et consensu, pro nostris peccuniis communibus emimus seu emptionis tytulo et jure hereditario duximus comparanda, prelibate Ecclesie nec non Preposito et Canonicis Regularibus supradictis ac pro sustentacione eorum, pro nostrorum ac parentum nostrorum redemptione et remedio peccatorum et ut oracionum et suffragiorum, que in dicta Ecclesia fient, participes existere valeamus, ex mera liberalitate donavimus et donamus, concessimus et concedimus, conferimus et contulimus ac donacionis tytulo assignavimus, omne jus proprietatis et directi ac utilis dominii predictorum reddituum et bonorum in predictos, scilicet Prepositum et Canonicos Regulares successoresque eorum liberaliter transferentes proprietatis jure per ipsos procul dubio possidenda et possidendos. Nomina autem bonorum et reddituum per nos emptorum et donatorum sunt hec: In primis in Sweydlerdorff inferiori triginta septem laneos censuales cum prato et quibusdam agris superfluis,

qui proprie Zbitkowe nuncupantur, quorum, prati videlicet et agrorum, redditus annuatim ad duorum laneorum sufficienciam se extendunt; in superiori Sweydlerdorff unum cum dimidio laneum sub aratro et unum laneum censualem; sex quoque laneos censuales minus dimidia tertia virga in Bertholdorff, ac in Isenrichdorff allodium de duobus laneis cum dimidio, et ortum unum ante castrum Glacense situm cum Curia sive domo in Castro Glacensi sita cum censibus, fructibus, obvencionibus, honoribus, libertatibus, Juribus, judicibus, judiciis, rubetis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, fluminibus, rivis, piscacionibus, piscatoribus, pomeriis et cum omnibus utilitatibus ad predicta bona pertinentibus, in quibuscunque rebus consistant, que tenuimus et possedimus pacifice et quiete, renunciantes expresse pro nobis et successoribus nostris omni juris auxilio vel actioni, quod et que nobis competere possent circa bona predicta quomodolibet in futurum. Preterea dicit Canon: Valde est iniquum et ingens sacrilegium, ut quecunque vel pro remedio peccatorum vel pro salute ac requie animarum suarum unusquisque Venerabili Ecclesie contulerit aut certe reliquerit, ab hiis, quibus maxime servari convenit, id est christianis et deum timentibus hominibus, in aliud transferri vel converti, aut quomodolibet usurpari. Quare nos Arnestus Archiepiscopus supradictus omnes et singulos Christi fideles, cujuscunque status aut preeminencie existunt, auctoritate omnipotentis dei, qua fungimur in hac parte, exhortando requirimus et monemus et in remissionem ipsis injungimus peccatorum, ut nullus bona et redditus supradictos predicte Ecclesie, in honore Beate Marie Virginis, ut predicitur, dedicande, collatos invadere vel spoliare aut quamvis molestiam irrogare audeat et presumat, alioquin contrarium faciens, nisi sibi celeri restitucione et satisfactione prospexerit, indignacionem omnipotentis dei, qui iratus animas percutit, ipsiusque genitricis, cujus factum agitur, ipso facto incurrat et maledictione perpetua feriatur; quos quidem invasores bonorum Ecclesiasticorum constat a Patre et Filio et Spiritu Sancto condempnatos esse et deputabuntur, ubi vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur, quia deo adversantur. In cujus donacionis nostre testimonium et robur perpetuo valiturum, presentes litteras fieri voluimus, sigillorum nostrorum appensione et munimine roboratas. Datum Prage Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Jubileo, X° Kalend. Novembris.

Orig. Perg. im Pfarreiarchive zu Glatz sub litt. A. Nr. 1 f mit 3 an roth-violetten Seidenschnüren hängenden Siegeln. Das erste in rothem Wachs ist das des Erzbischofs Arnestus. Dasselbe zeigt einen auf dem Throne sitzenden, mit dem Pallium bekleideten Bischof, die rechte Hand segnend erhebend, in der linken einen Kreuzstab haltend. Links und rechts vom Thronsessel zwei kleine Dreiecksschilde, von denen das erstere ein halbes Roß, das letztere einen horizontalen Querbalken enthält. Das Rücksiegel (oder Sekretsiegel) stellt die Erscheinung des auferstandenen Christus vor Maria Magdalena im Garten dar. — Das 2. Siegel in gelbem Wachs zeigt in einem Dreiecksschilde ein nach rechts springendes halbes Roß (Smylo von P.) — Das 3. Siegel in gelbem Wachs enthält ein nach links springendes halbes Roß (Wilhelm von P.).

1350, October 23. Prag.

Karl IV. bestätigt die Uebergabe der Güter in Schwedeldorf, Batzdorf, Eisersdorf ꝛc. an das Kloster der regulirten Chorherrn in Glatz.

Carolus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex ad perpetuam rei memoriam. Si de omnipotentis Dei gratuita pietate, qui singulorum corda fidelium indeficientis sue lucis claritate respergit, ad ea, que divini cultus augmentum respiciunt, propensius intendere delectamur, singularis tamen prerogatiua gracie et speciali quodam devocionis instinctu nostra sollicitatur intencio et suavi dulcedine ac interne jocunditatis leticia tunc regius animus dulci modulacione letatur, cum illud pretiosissimum humani generis decus salvatoris nostri dignissimam genitricem a Christifidelibus debite reverencie studiis et mentis devocione sincera tam pie conspicimus venerari, tantoque cum majoris gaudii festivo decore perfundimur, quanto nobis ab ipsa amplioris dignitatis gloriam et ineffabilis gracie divine profluvium cottidianis cernimus indiciis salubriter emanare. Sane quod Venerabilis Arnestus, sancte ecclesie Pragensis Archiepiscopus, Princeps et deuotus noster dilectus, nec non nobiles Smylo et Wilhelmus de Pordubycz fratres ejus ex sincere devocionis spiritu, quem divina inspirante gracia ad laudem et obsequium prefate gloriosissime Matris et Virginis salubriter concepisse videntur, primo in Schweydlerdorff inferiori districtus Glacensis triginta septem laneos censuales cum prato et quibusdam agris superfluis, qui vulgo Ubirschar vocantur, quorum quidem prati et agrorum annui reditus seu proventus ad usufructum duorum laneorum se protendunt, et in Schweydlerdorf superiori Glacensis districtus prefati unum cum dimidio laneos sub aratro et unum censualem, ac in Bertholdi villa sex laneos censuales minus duabus virgis cum dimidia et in Ysenrichsdorff districtus ejusdem duos laneos cum dimidio sub aratro ac ortum situm penes castrum Glacense et quandam curiam munitam in eodem castro cum flu-

minibus, piscaturis, pomeriis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, honoribus, emolimentis, metis, gadibus, circumferenciis et limitibus pertinentibus ad premissa, quos et que a nobilibus Renthschone et Nicolao de Glubos fratribus, fidelibus nostris dilectis, pro septingentis decem et octo Marcis gravis ponderis, sexaginta quatuor grossis Pragensibus pro marca qualibet computandis, justo empcionis titulo legitime compararunt, honorabili Collegio sive cetui Canonicorum regularium Montis sancte Marie in oppido Glacensi nove fundacionis, quam prefati archiepiscopus et sui fratres pro parentum suorum et salutis proprie incremento felici in laudem gloriose Matris et Virginis ibidem instaurant, communiter ad usum et congruam sustentacionem eorumdem Canonicorum regularium, ut eo quiecius laudes Genitricis dei prefate queant et delectentur expromere, quo sibi in temporalium rerum usibus agnoverint competencius fore provisum, de pure mentis beneplacito et sponte ac liberaliter erogarunt, Nos ipsorum tam pium tamque salubre propositum de innata nobis regie benignitatis clemencia favorosius intuentes in contractum empcionis et vendicionis huiusmodi et in donacionem prefatam ac omnia et singula ab ipsis dependencia, sicut gesta noscuntur, tenore presencium voluntarie et de certa nostra sciencia consentimus et nichilominus ad promocionem talis racionabilis adeo jugiter accepti propositi, precipue ut illius ministerii, quod omnipotenti deo et intemerate Virgini genitrici sue in hiis exhiberi videmus, diuina favente clemencia participes fieri mereamur. Ac ob illum diutinum sinceritatis affectum et affective dilectionis flagranciam, quibus Archiepiscopum et fratres ipsius prefatos, tum propter eorum quam cottidianis experimur indiciis, tum propter genitoris ipsorum, cujus memoria in pace consistat, circumspectionis industriam et constantis fidei puritatem, graciosis semper favoribus prosequimur et amamus, Scultetos villarum inferioris Schweidlerdorf et Bertholdsdorf, scultecias, heredes, successores, bona, obsequium et quascunque pertinencias ipsorum nec non proventus et redditus forestarie, qui de villis superiori et inferiori Schweidlerdorf, Bertholdsdorf et Ysenrichsdorf de laneis prefatis duntaxat sive aratoriis aut censualibus in pecuniis, avena, pullis vel rebus aliis nostre camere consueverunt actenus obvenire, addicimus et superaddimus de favore et gracia speciali, dictos quoque laneos censuales et sub aratro, ortos, pomeria, prata, piscaturas, curiam sitam in castro prefato, aquarum decursus et pascua, scultetos, here-

des et successores ipsorum cum sculteciis et omnibus bonis suis et omnes simpliciter pertinencias predictorum ab omnibus realibus sive personalibus serviciis utpote dextrarii, spadonis vel equorum, communium pecuniarum aut alterius modi cujuscunque, eciamsi pretextu bonorum talium teneretur quis jure vel approbata et dudum inclita consuetudine in prefato castro nostro Glacensi residenciam facere personalem, et ab omni jurisdictione temporali, nostro heredum et successorum nostrorum Regum Boemie et corone Regni prefati nomine atque vice, maturo Principum, procerum, Baronum, ac fidelium nostrorum accedente consilio, de certa nostra sciencia libertamus et absolvimus, ipsaque omnia et singula cum omnibus redditibus, censu forestali, proventibus, utilitatibus, emolumentis, juribus, fructibus, honoribus, metis, gadibus et circumferenciis nominatim et expresse, scultetis, heredibus, successoribus et pertinenciis suis, quos et quas cum omnibus realibus seu personalibus serviciis, que nostre celsitudini deberentur, ad prefatos Canonicos regulares pertinere volumus, quosque ab universitate et jurisdictione, convocatione, mandatis, contribucionibus, steuris, serviciis, talliis et solucionibus aliorum scultetorum terre Glacensis segregandos duximus, dicte ecclesie Montis Sancte Marie, cetui sive Collegio Canonicorum regularium ibidem in perpetuum damus, conferimus, incorporamus, appropriamus et de plenitudine potestatis regie presentibus counimus, decernentes, quod universa et singula prefata ac eorum quodlibet, quibuscunque valeant nominibus designari, juri ecclesiastico subjacere debeant et ex nunc in antea ecclesiastica emunitate et libertate gaudere, et quod per censuram ecclesiasticam, dum et quociens necesse fuerit, exigi valeant et requiri non obstantibus legibus, constitucionibus, usibus, observanciis, statutis communibus municipalibus vel privatis editis sive factis, condendis seu faciendis in posterum, quibus omnibus, si et in quantum presentibus in toto vel in parte adversari censentur, etiamsi de eis jure vel consuetudine in presentibus deberet fieri mencio specialis, de Romane regie potestatis plenitudine et de certa nostra sciencia derogamus, omnem defectum, si quis in premissis ex defectu sentenciarum aut verborum obscuritate aut quavis interpretacione dubia vel sinistra compertus fuerit, supplentes animo deliberato et de prefate Romane regie plenitudine potestatis. Nulli ergo penitus hominum liceat hanc nostri consensus, absolucionis, libertacionis, donacionis, collacionis, incorporacionis, appropriacionis, counicionis et defectuum supplecionis paginam

infringere aut ei ausu temerario contraire sub pena centum marcarum puri auri, quas a quolibet contrafaciente irremissibiliter exigi volumus, ipsarum tamen medietate regii nostri aerarii sive fisci et parte residua injuriam passorum usibus applicandis.

Presencium sub nostre majestatis sigillo testimonio litterarum, Datum Prage Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo Jubileo, indictione tercia, decimo Kalendas Novembris, regnorum nostrorum anno quarto.

Per dominum Regem Johannes Noviforensis.

Orig. Perg. unter der Bezeichnung Copia Aureae Bullae im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. A. Nr. 3 d mit dem an einer gelb-rothen Seidenschnur hangenden Majestätssiegel in weißem Wachs. Auf der Rückseite 3 Daumeneindrücke.

1351.

Bulko von Sudentin (?), Hermann v. Beringen, Petzko v. Gerlachshayn, Hans v. Lougau zu Sifridisdorf, Gunther Schof waren Land und Leuten schädlich.

Lib. proscript. Gl. (nach Kögler).

1351, September 7. Pirnitz.

Heinrich, Herzog von Glogau und Sagan, huldigt dem König Karl für das Herzogthum Glatz, das dieser ihm verliehen. [1])

Nos Heinricus dei gracia dux Glogovie et dominus Saganensis notum facimus tenore presencium universis, quod quia serenissimus ac invictissimus princeps et dominus dominus Karolus Romanorum semper augustus et Boemie rex, dominus noster graciosus, nobis necnon illustri domine Anne consorti nostre legitime heredibus et successoribus nostris ducatum Glacencie, qui per mortem illustris principis domini Bolkonis olim ducis ibidem sororii nostri dilecti vacavit et ad coronam regni Boemie noscitur ordinarie devolutus, de singulari sue maiestatis gracia cum suis dominiis et pertinenciis dignum duxit liberaliter conferendum, prout in literis eius regalibus desuper editis plenius et lucidius est expressum, idcirco animo deliberato et nostrorum fidelium accedente consilio, suscepto prefato ducatu sive principatu in pheudum insigne, dicto domino nostro regi heredibus et successoribus suis regibus Boemie et corone regni eiusdem in perpetuum

[1]) Kögler (Chroniken S. 35) bemerkt, daß es sich hierbei wohl nur um ein Versprechen gehandelt habe, denn in allen Archiven der Grafschaft sei unter so vielen gleichzeitigen Urkunden nicht eine einzige zu finden, aus welcher bewiesen werden könnte, daß dieser Herzog Heinrich das Glatzer Land wirklich besessen habe.

fidelitatis homagii et obediencie ac subieccionis solite prestitimus et prestamus virtute presencium corporalia iuramenta. Promittimus eciam pro nobis heredibus ac successoribus nostris bona nostra fide et sine omni dolo imperpetuum prefato domino nostro regi heredibus ac successoribus suis regibus Boemie et eiusdem regni corone fideliter assistere et parere et obedire, sicut vasalli principes naturalibus et ordinariis dominis suis noscunter ex debito obligari. Presencium sub nostro sigillo testimonio literarum.

Datum Pirnis anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo in vigilia nativitatis beate Marie virginis gloriose.

Orig. Perg. im Staatsarchive zu Wien. An Pergamentstreifen das Adlersiegel des Herzogs in rothem Wachs. Grünhagen und Markgraf, Lehns- und Besitzurkunden Schlesiens II, S. 174.

1351, November 16. Prag.

Arnestus legt einen Streit bei, welcher zwischen den Johannitern und Augustinern in Glatz entstanden war.

In nomine domini amen. Nos Arnestus dei et apostolice sedis gracia sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopus, Arbiter, Arbitrator, Laudator, Diffinitor et amicabilis compositor assumptus communiter et concorditer electus ab honorabilibus et religiosis viris fratre Gallo de Lemberk, priore domorum ordinis sancti Johannis Jerosolimitani per Boemiam, Poloniam, Moraviam et Austriam etc. Czencone Pragensi, Jacobo Glacensi, Johanne in Manyetin et Nicolao in Zitavia fratribus et Commendatoribus ordinis ejusdem parte ex una, et Johanne preposito fratrum et Canonicorum Regularium Monasterii montis sancte Marie nove fundacionis ibidem in Glacz parte ex altera, super omnibus dampnis, expensis et interesse, que Commendator et fratres residenciam aput parrochialem ecclesiam in Glacz facientes personalem et ipsa ecclesia in Offertorio et aliis quibuscumque obvencionibus, oblacionibus, quocumque nomine censeantur et in quibuscumque rebus consistant, habent vel habere possent quomodolibet in futurum occasione ereccionis dicti Monasterii et propter presenciam fratrum sive Canonicorum Regularium degencium in eodem et generaliter super omnibus controversiis, litibus, questionibus, que vertuntur seu quocumque modo occasione premissorum verti sperabantur et verti possent quomodolibet in futurum, prout in littera compromissi per ipsas partes in nos facti plenius contineri videtur, visis peticionibus ac informacionibus utriusque partis et auditis ac intellectis diligenter eis, que dare nobis in scriptis vel ore

tenus voluerunt et debuerunt, et super hiis omnibus communicato consilio plurium sapientum et utriusque partis investigata veritate et cognita voluntate sollempnique per nos deliberacione habita ex vigore dicti compromissi in nos facti, dei nomine invocato, pro bono pacis et concordie inter ipsas partes perpetue habende et tenende laudamus, abitramur, pronuncciamus, dicimus et mandamus, quod Johannes prepositus prefatus et Canonici Regulares Monasterii montis sancte Marie in Glacz, qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint, non audient nec audire tenentur confessiones aliquarum secularium personarum, nisi ad hoc licenciam nostram vel successorum nostrorum obtineant vel habeant specialem, item quod neminem parrochianum, qui de jure vel antiqua consuetudine aput parrochiam sepeliri consuevit, ad sepulturam recipiant; alios vero, qui non fuerint de plebe parochie et qui elegerint aput eos sepulturam, familiamque suam internam et commensalem eciam sacramentis ecclesie procurare poterunt et sepelire quolibet impedimento Commendatoris fratrumque ibidem non obstante. Item scolas puerorum secularium nec rectorem scolarum habeant, sed cum suis confratribus et aliis ministris divinum officium diurnum pariter et nocturnum peragere tenebuntur. Sermonem eciam volgarem ad populum non ante prandium sed post, aliqua hora facere poterunt, quando volunt. Item pronuncciamus, arbitramur, precipimus et mandamus, quod Commendator et fratres, qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint, quinque sexagenis grossorum Pragensium minus quinque grossis et quatuor parvis in villa Lhota in censibus singulis annis persolvendis pro dampnis in offertorio et aliis oblacionibus quibuscumque, que habent vel possent habere quomodolibet in futurum ex presencia Canonicorum Regularium predictorum per nos ipsis donatis et legatis sint contenti. Insuper volumus, quod prepositus et Canonici Regulares ob reverenciam virginis gloriose ex disposicione nostra speciali ad quodlibet festum ejusdem virginis, utpote assumpcionis, nativitatis, purificacionis et annunciacionis cereum unum de sex libris cere ponderis oppidi Glacensis, qui in die cujuslibet festi a prima vespera incipiendo et per octavas eorundem ardere debeat in ecclesia parrochiali fratrum predictorum in choro ante altare ipsius virginis gloriose usque ad consumpcionem integram ipsius cerei perpetue singulis annis assignabunt et sine contradiccione aliqua presentabunt, que omnia et singula hincinde fieri, servari et adimpleri a partibus predictis laudamus, dicimus, arbitramur atque precipimus sub pena excommunicacionis et sub pena centum sexagenarum grossorum argenteorum monete Pragensis, sexaginta grossos pro sexagena qualibet computando, medietatem pro fabrica ecclesie Pragensis et medietatem parti servanti arbitrium nostrum per partem non servantem solvendarum, in singulis Capitulis et pro singulis hujusmodi laudi et compromissi predicti solvenda, que pena tociens exigi possit, quociens in predictis vel aliquo predictorum fuerit contrafactum, servata nobis nichilominus potestate declarandi, interpretandi, corrigendi super predictis omnibus et singulis, ubicumque et quandocumque super ipsis vel ipsorum altero fuerit opportunum, et eciam semel et pluries pronuncciandi, si nobis videbitur expedire presentibus dictis partibus emologantibus, approbantibus et confirmantibus laudum nostrum seu arbitrium supradictum. Latum et pronunciatum est hoc presens nostrum arbitrium Prage in curia nostre habitacionis anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, die sextadecima mensis Novembris. In cujus pronuncciacionis nostre seu arbitrii testimonium et robur perpetuis temporibus valiturum, presentes litteras fieri et scribi voluimus ipsasque sigillorum nostrorum necnon Pragensis et Wyssegradensis Ecclesiarum capituli ac conventus fratrum Canonicorum Regularium in Rudnicz, honorabiliumque et religiosorum virorum dominorum Przedborii Brewnouiensis ordinis sancti Benedicti et Petri Strahouiensis ordinis Premonstratensium Abbatum sigillorum appensione et munimine jussimus roborari.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarrciarchive sub litt. E. Nr. 3a. Angehängt sind an Pergamentstreifen sechs Siegel in weißem Wachse.

1352. Glatz.

Jurati: Nycolaus Cornelius, Cunczlinus Drumel, Henlinus Hildeger, Cunczlinus Pileator, Heynczlinus Sartor, Cunczko de Wilhelmesdorf, Jacobus de Brunovia, Sydelinius de Stynavia, Theodoricus de Waltherivilla.

Hennil Herolt ist schuldik, den usseczigen aller Jar andirhalbe mark cinses ..... daz selgerete hat her Tylman (Pfarrer) von Kyselingswalde gekouft umb sine gelde.

Peter Prusnitz hot verkauft off zein Haus gelegen in der fisschergasse vnd off zein ybirschar, ein stukke akkers gelegen ken Kenigshayn, einen virdunk; ... auch zol der czins alle jar werden einem prediger der pfarre.

Pergamentenes Fundationszinsbuch von 1337 u. f. im Rathhausarchiv zu Glatz.

1352, Januar 8. Glatz.

Fundation betreffend die Missa de B. Virgine und die täglich vor dem Marienbilde in der Pfarrkirche zu singende Antiphone: Salve Regina.

In nomine domini amen. Quoniam ea, que ad cultum divini numinis et animarum salutem salubriter disponuntur, decet pie promocionis studio favorabiliter adjuvari, eapropter Nos frater Jacobus Commendator et Conventus Cruciferorum in Glacz Ordinis Sancti Johannis Jerosolymitani notum facimus tenore presencium universis, quod quia Reverendus in Christo Pater et Dominus noster Generosus Dominus Arnestus, sancte Pragensis Ecclesie Archiepiscopus, prudenter advertens, quod nil morte sit certius et nichil incertius hora mortis, horamque et diem peregrinacionis sue extreme in maturitate cupiens piis operibus prevenire, in divini cultus augmentum, ad gloriam Dei omnipotentis et honorem intemerate Virginis Matris ejus Marie, Missam de ipsa Virgine gloriosa in Ecclesia nostra Parochiali in Glacz sue Pragensis dyocesis, ad quam habuit hactenus et habet devocionis graciam singularem, per unum Presbyterum ex Fratribus nostris et quatuor Clericos seculares perpetue in ejusdem Ecclesie nostre choro coram summo altari in honore ipsius gloriosissime Marie semper Virginis dedicato, constituit, ordinavit et disposuit sub nota diebus singulis decantandam. Solerti cogitacione premeditans, quod spiritualia sine administracione temporalium vix subsistunt, ideo Ecclesie Parochiali predicte nobis et domui nostre in Glacz villam suam et fratrum suorum hereditariam, utpote Domini Bohussii Lyuthomericensis Prepositi, Domini Smylonis et Wilhelmi de Pordubicz et de eorumdem Fratrum suorum expresso consensu dictam Lhotam Mutensis districtus cum omnibus censibus, redditibus, proventibus, honoribus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, molendinis, aquis aquarumve decursibus, piscacionibus, piscatoribus, ortis, pomeriis, montibus, vallibus et ceteris pertinenciis suis, quibuscunque nominibus appellentur, prout eciam eadem villa in suis gadibus, metis, greniciis et limitibus est circumferencialiter situata, cum omni jure proprietatis, utilis et directi dominii, sicut ipsi eandem villam hactenus habuerunt, dedit, donavit, tradidit, deputavit, contulit et liberaliter resignavit, renuncians expresse pro se, Fratribus suis predictis et ipsorum successoribus universis omni juris auxilio, impeticioni, arrestacioni, occupacioni, quod ipsis in dicta villa competebat hucusque et competere posset quomodolibet in futurum, sub modis, pactis, oneribus et condicionibus infra scriptis per nos et nostros successores firmiter perpetue observandis: Primo videlicet, quod nos deinceps in perpetuum unum fratrem nostri ordinis presbiterum tenere et habere in nostro Conventu Glacensi ultra nostrum consuetum numerum teneamur, pro cujus sustentacione nobis et Conventui nostro predicto in dicta villa Lhota quinque sexagenas grossorum usualium deputavit. Eciam quod nos debeamus, aut qui pro tempore fuerit ibi Commendator aut vices Commendatoris gerens ordinare debeat quatuor Clericos ad Sacerdocium ydoneos et abiles vel eciam Sacerdotes, qui cum Fratre predicto Missam Beatissime Virginis Marie, scilicet Salve Sancta Parens aut aliam tempori competentem cottidie in aurora, in altari predicto et antiphona Salve Regina precedente, predicto Fratre vel alio ipsam antyphonam inchoante, ante Misse inceptionem et post Completorium similiter decantabunt et decantare devocius tenebuntur, exclusa die Parasceves, in qua ob Dominice reverentiam Passionis a Christi fidelibus deplangende, a dicta Missa B. Virginis, cujus animam illa die de filii sui morte crudeli doloris gladius pertransivit, abstinebunt. Pro quorum sustentacione Clericorum nobis in dicta Villa Lhota VIII Sexagenas V grossos et IV parvos denarios dinoscitur deputasse, sic quod Commendator, qui pro tempore fuerit ibi aut vices ipsius gerens, dictorum cuilibet Clericorum presenti in Missa predicta IIII parvos denarios erogare tenebitur et debebit. Quos quidem Clericos ipse Commendator ordinabit, instituet et destituet, alios ydoneos assumendo, quando et quotiens sibi videbitur expedire. Insuper addidit prefatus Dominus noster, Dominus Archiepiscopus et disposuit salubriter ordinando, quod eo nutu divino universe carnis viam ingresso, sue deposicionis anniversarius cum novem lectionum vigiliis et Missa defunctorum tercia die post festum quodlibet Beatissime Virginis Marie, nisi aliud festum impediat, tunc sequenti die, qua fieri potest, per nos et Fratres nostros Glacenses devocius et decencius peragatur, pro quo nobis et nostris fatribus predictis in dicta Villa Lhota pro die qualibet mediam sexagenam pro pietancia deputavit.

Preterea quinque sexagenas minus V grossis et IIII denariis, occasione Erectionis Monasterii Montis Sancte Marie Canonicorum Regularium in Glacz in satisfactionem pro dampnis, que in offertorio et aliis Oblagiis quibuscunque habere possemus nunc aut quomodolibet in futurum, prefate Ecclesie nostre, nobis et Domui nostre liberaliter assignavit in dicta villa Lhota, prout eciam hoc idem in sue pronun-

ciacionis seu arbitrii littera clarius continetur expressum. Residuam vero partem census in eadem villa, qui se ad VIII sexagenas extendit, sue disposicioni, quamdiu vixerit, reservavit, sed post ejus mortem Nobis Fratri Jacobo predicto disposicionem octo sexagenarum predictarum commisit, quia nos viva voce, quid cum ipsis fieri debeat, informavit distincte; si autem nos prius quam ipse, volente Domino, moreremur, tunc ipse Dominus noster Archiepiscopus prefatus pro dispositione dictarum octo sexagenarum poterit alium, quemcunque voluerit, subrogare. Nobis autem ambobus decedentibus, Commendator successor noster, qui pro tempore in Glacz fuerit, ut onera explenda fideliter superius expressata eo diligencius promoveat, nec non expensas domus commodosius supportare valeat, de dictis VIII sexagenis duas annis singulis retinebit Fratribus Conventus nostri, qui commemoracionem omnium fidelium defunctorum tercia vel quarta die post quelibet quatuor tempora facere tenebuntur; duas sexagenas de dictis sex residuis qualibet die mediam pro pietancia reservatis. Quas quidem duas sexagenas cum quatuor adhuc residuis dicti Census in villa prescripta pietanciarius Glacensis, qui pro tempore fuerit, a Commendatore aut in dicte ville censibus in suam recipiet potestatem, facturus de eisdem IV residuis sexagenis in qualibet die octava festorum Beatissime Virginis Marie Assumpcionis, Nativitatis, Concepcionis, Purificacionis et Annunciacionis et in festo S. Johannis ante portam Latinam, in octava Sancti Johannis Baptiste, die Sancte Marie Magdalene, die Sancti Jacobi Majoris et Sancti Egidii Fratribus nostris ibidem pietancias congruas, prout sibi conveniencius videbitur expedire. Nos igitur universa et singula superius enarrata, que idem Dominus noster Dominus Archiepiscopus non improvide disposuit et salubrius ordinavit, in omnibus suis clausulis, punctis et articulis, de verbo ad verbum, prout scripta sunt supra et in suis eciam literis clarius exprimuntur, grata habentes et rata per omnia promittimus inviolabiliter observare et implere fideliter cum effectu, sub penis in ipsius Domini Archiepiscopi literis contentis, quibus nos et nostros successores, non obstante nostre exempcionis privilegio, vel quacunque alia gracia impetrata vel eciam impetranda, benevole submittimus per presentes scilicet: quod si in premissis vel aliquo premissorum fieret successu temporis negligencia qualiscunque, quod Commendator et Fratres, qui ibi pro tempore fuerint, pro prima vice penam unius fertonis incurrant et similiter secunda vice et tercia similiter; quam penam ipsi..

Judici et juratis pro tempore in Glacz existentibus promittere et solvere tenebuntur inter pauperes in ipsorum hospitali Glacensi degentes per ipsos Juratos fideliter et totaliter dividendam. Quarta vero vice, si in premissis et eorum aliquo negligencia committeretur, quod absit, ut ipso facto Commendator et Fratres Conventus ibidem ab ingressu Ecclesie sint suspensi. Et si pertinaciter, quod non credimus fieri, premissa vel aliquod premissorum non implerentur, infra mensem ex tunc Ecclesia nostra Parochialis in Glacz sit supposita Ecclesiastico interdicto, tam diu donec neglecta in statum pristinum et debitum reformentur, nisi talis casus fortuitus eveniret, quod Deus avertat, qui negligenciam hujusmodi racionabiliter excusaret. Ceterum si nos premissa vel aliqua premissorum adimplere minime curaremus, aut nostri successores implere non curarent, et de negligencia hujusmodi legittime convicti fuerimus vel nostri fuerint successores, ex tunc sine contradictione et excusacione qualibet, virtute presencium villa cum omnibus suis reditibus, censibus et pertinenciis, ut prefertur, ad mensam Archiepiscopalem et Ecclesiam Cathedralem Pragensem libere devolvatur. In quorum omnium testimonium et robur perpetuo valiturum presentes litteras fieri volumus, sigilli nostri appensione consignatas. Datum in Glacz Anno Domini Millesimo CCC. LII. die VIII. Mensis Januarii.

Nos Frater Gallus Prior Domorum Ordinis Sancti Johannis Jerosolymitani etc. prefatam disposicionem seu ordinacionem salubrem in omnibus suis modis, factis, oneribus, condicionibus, clausulis, penarum obligacione et sentenciis, ut premittitur, que de nostra certa sciencia et mandato speciali per predictum Fratrem Jacobum Commendatorem et Conventum in Glacz dinoscitur esse facta, gratas habentes et ratas, ipsas auctoritate, qua fungimur prioratus, approbamus, auctorizamus et virtute presencium confirmamus, mandantes auctoritate predicta Commendatori et Fratribus, qui sunt vel pro tempore in Glacz fuerint, in virtute sancte obediencie et sub penis gravioribus, quas Ordo noster inobedientibus infligere et inferre consuevit, quatenus universa et singula premissa et eorum quodlibet teneant, adimpleant et fideliter exequantur, in testimonium omnium premissorum sigillum nostrum presentibus appendentes.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarrciarchive sub litt. F. Nr. 1a. Angehängt an rothgrünen Seidenschnüren sind drei Siegel: a) das des Bruders Gallus (das Bild Johannes des Täufers mit drei kleinen Wappen und der Umschrift: S. Fratris Galli D. Lemberch prioris Boemici ordinis Sci. Johis.) b) das des Convents der Chorherren St. Augustini in Glatz (der Engel Gabriel ver-

kündigt Maria die Menschwerdung Christi. Umschrift unleserlich). c) das der Kreuzherrn in Glatz (Haupt Johannes des Täufers auf einer Schüssel. Umschrift: S. Fr. Ro. Cruciferor. i. Glocz).

1352, Februar 5. Prag.

Karl IV. bestätigt die Schenkung des Dorfes Costomlat an die Chorherrn in Glatz.

Karolus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex notum facimus universis, quod quia Religiosi: prepositus, conventus et Canonici Regulares Monasterii Montis Sancte Marie in Glatz villam Costumblat cum omnibus censibus, solucionibus, redditibus, proventibus, obvencionibus, juribus, libertatibus et pertinenciis suis, quibuscumque specialibus nominibus exprimantur, pro suis et dicti Monasterii sui usibus apud dilectum nobis Leuam fidelem nostrum iusto precio compararunt, sicut idem empcionis contractus in terre tabulis anotatus dinoscitur et de nostro consensu processit, qui super eo consumando de certa nostra sciencia dedimus licenciam specialem, Nos igitur ad laudem Beate virginis et ad predictorum prepositi, Canonicorum et Conventus supplicacionis instanciam dictum empcionis contractum animo deliberato et sano precedente consilio approbamus, ratificamus et de solita benignitate Regia confirmamus, dantes et concedentes auctoritate Regia preposito, conventui et Canonicis supradictis et successoribus ipsorum imperpetuum plenam licenciam et facultatem omnimodam, dictam villam cum suis pertinenciis, ut premittitur, vendendi, alienandi, commutandi, locandi et in usus utiles et beneplacitos dicti Monasterii convertendi, prout ipsorum discrecioni melius videbitur expedire, homines ipsorum in bonis et iurisdictione dicti monasterii morantes seu moraturos inantea ab omni jugo, jurisdictione, judiciorum gravamine Capitaneorum, Burggraviorum et quorumlibet officialium Regni Boemie, qui pro tempore fuerint, presentibus eximentes, ut eciam in nullo loco Regni nostri Boemie prefati homines eorum arrestari valeant neque in aliquibus civitatibus, oppidis, locis et transitibus Regni nostri predicti vectigalia, mutas, dacia seu thelonia solvere teneantur. Damus eciam predictis preposito, conventui et Canonicis auctoritatem plenariam in predictis bonis eorum omnes et singulas causas judicandi, sentenciandi ac pro eisdem penas judiciarias exigendi, enormibus criminibus, que mortis vel sanguinis supplicium promerentur, duntaxat exceptis, quorum animadversionem, judicium et ultionem nobis,

heredibus et successoribus nostris Regibus Boemie, reservamus, decernentes, quod si quemquam profugum, bannitum seu proscriptum aut alias Malefactorem in bonis, prediis et possessionibus ipsorum per quoscunque apprehendi et capi contigerit, quod homines, possessiones et predia ipsorum predicta ex hoc in Rebus mobilibus et inmobilibus sive personis nullas penitus a nostris Justiciariis vel Officiatis ceteris lesiones, dampna sive dispendia paciantur, eciam si deprehensum reatu suo poscente exterminari contingat et mortis penas subire ac alias modo quocunque puniri pro criminis qualitate. Inhibemus igitur universis et singulis Camerariis, Subcamerariis, Capitaneis, Burggraviis, Justiciariis, Zudariis et ceteris officiatis Regni Boemie, qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris, ne prefatos: prepositum et Conventum Monasterii montis sancte Marie in Glacz predicti, successores ipsorum et Monasterium prenotatum adversus presentis nostri consensus, approbacionis, ratificacionis, confirmacionis, libertacionis, exempcionis et defectuum supplecionis indultum impediant aut sinant quomodolibet impediri. Si quis vero ausu quocunque temerario contrafacere seu venire presumpserit, post indignacionis nostre aculeos penam Centum Marcarum puri argenti pro Camera sive fisco nostro Regali et solucionem dupli dampnorum et iniuriarum, que et quas dicto Monasterio, bonis, hominibus et pertinenciis suis intulerit, eiusdem Monasterii applicandam usibus ipso facto se noverit incurrisse, quas quidem penas pro nostra et dicti Monasterii utilitate, sicut premittitur, ab omnibus nostris Justiciariis seu popravczonibus et eorum quolibet, dum et quociens per antedictos prepositum et Canonicos aut procuratores sindicos sive nunccios ipsorum requisiti fuerint, exigi et requiri volumus et sub pena nostre indignacionis supradictis usibus applicari, non obstantibus legibus, constitucionibus, usibus, observanciis, statutis communibus, municipalibus vel privatis editis sive factis, condendis sive faciendis imposterum, quibus omnibus, si et in quantum presentibus in toto vel in parte adversari censentur, eciam si de eis jure vel consuetudine in presentibus deberet fieri mencio specialis, de Romane Regie potestatis plenitudine et de certa nostra sciencia derogamus, omnem defectum, si quis in premissis ex defectu sentenciarum aut verborum obscuritate aut quavis interpretacione dubia vel sinistra compertus fuerit, supplentes animo deliberato et prefate Romane Regie plenitudine potestatis. Presencium sub nostre Maiestatis Sigillo testimonio litterarum datum Prage Anno domini Millesimo Trecentesimo

Quinquagesimo secundo, Indiccione Quinta, Nonis Februarii, Regnorum nostrorum anno sexto.

Orig. Perg. im Pfarreiarchiv zu Glatz sub litt. A. Nr. 3 g. An rothgelber Seidenschnur hängt noch ein kleines Fragment des Majestätssiegels.

1352, Februar 14. Prag.

Karl IV. bestätigt der Stadt Habelschwerdt ihre bisherigen Privilegien.

Karolus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Bohemie Rex Notum facimus universis, quod consideratis multiplicibus studiosis obsequiis et constantis fidei puritate, quibus dilecti nobis Consules, Jurati et uniuersitas ciuium Habelswerdensium fideles nostri nobis et clare memorie Illustri Johanni quondam Boemie Regi Genitori nostro dilecto attenta fide placuisse noscuntur et in futurum debebunt ac poterunt habundancius conplacere, Ipsis, heredibus et successoribus ipsorum imperpetuum animo deliberato non per errorem aut inprouide, sed sano precedente consilio, universas et singulas litteras et priuilegia, quas et que a clare memorie Illustribus quondam Boemie Regibus, progenitoribus et predecessoribus nostris super Juribus, graciis, Emmunitatibus et libertatibus suis obtinuisse noscuntur, in omnibus suis sentenciis, punctis et clausulis de verbo ad verbum, prout scripte sunt, sicut racionabiliter et prouide processerunt, approbamus, ratificamus et de solita benignitate Regia confirmamus, inhibentes vniuersis Capitaneis, Burggrauiis, Viceburggrauiis, Judicibus, Provincialibus, Zudariis et ceteris officialibus et viceofficialibus Glacensis et Hawelswerdensis Ciuitatum et districtum, qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris dilectis, ne predictos consules et Juratos et vniuersitatem Ciuium Hawelswerdensium, heredes et successores ipsorum in perpetuum aduersus presentis littere, approbacionis, ratificationis et confirmacionis indultum impediant aut impedire permittant sub pena indignacionis Regie, quam qui secus attemptare presumpserint, se cognoscant grauiter incidisse. Presencium sub nostre Maiestatis Sigillo testimonio litterarum datum Prage Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo secundo Indiccione quinta XVII Kalend. Martii, Regnorum nostrorum anno Sexto.

Nach einem Vidimus des Glatzer Raths von 1453 auf Pergament im Habelschwerdter Magistratsarchiv.

1352, Februar 14. Prag.

Karl IV. ordnet die Angelegenheiten der Gewandmacher und Tuchmacher zu Glatz.

Karolus dei gracia Romanorum rex semper Augustus et Boemie rex Notum facimus universis, quod post multiplices dissensionum et altercacionum materias, que inter dilectos nobis pannicidas ab una nec non textores Glacenses fideles nostros parte ex altera super diversis dubietatibus viguisse noscuntur, pro bono tranquillitatis, ambarum parcium quiete et civitatis Glacensis et incolarum ejus utilitate communem infrascriptam ordinacionem, matura deliberacione previa et sano nostrorum procerum accedente consilio, duximus faciendam, imprimis quod prefati pannicide, heredes et successores ipsorum in perpetuum, quos de censu, quem de cameris suis juxta consuetudinem antiquam solvisse noscuntur, ad plenum libertamus et absolvimus, pannos cujuscunque condicionis, materie seu coloris existant, vendere et particulatim per ulnas incidere possint et valeant, Brunoviensibus et illis, qui Vlockeinetuch dicuntur, duntaxat exceptis, quorum vendicionem ipsis expresse et de certa nostra sciencia inhibemus, textores quoque et successores ipsorum imperpetuum ullos alios pannos vendere presumant aut per ulnas incidere, nisi quos propriis aut familiarum suarum manibus contexerint, et tales sint panni, quod cujuslibet ulne valor trium grossorum Pragensium non excedat. Neque liceat aliquibus advenis seu alienis hominibus extra jurisdictionem civitatis predicte manentibus pannos suos in predicta civitate Glacensi alio modo vendere nisi unum aut plura stamina dum tamen integra uni aut pluribus personis ementibus, et incisionem particularem per ulnam seu modum alium hujusmodi advenis et alienis districtius inhibemus. Nulli quoque concivium seu cohabitatorum suorum Glacensium preterquam dictis pannicidis et textoribus ac heredibus eorum liceat quavis occasione sumpta pannos integros sive divisos per ulnam incisos aut laniatos cujuscumque valoris, coloris seu materie, vendere in prejudicium pannicidarum et textorum predictorum et contemptum ordinacionis regie supradicte. Inhibemus eciam, ne quis aliquo ingenio, colore seu pretextu quesito aliquas petias seu particulas pannorum, ad usum pallii seu alterius vestimenti aptorum, in foro Glacensi aut in civitate publice vel occulte presumat vendere, nisi talem petiam seu particulam ab aliquo pannicidarum aut textorum emeret et empcionis hujusmodi fidem facere valeat per legittima documenta sub pena unius marce puri auri, quam ab unoquoque, cujuscunque condicionis existat, qui presenti nostre ordinacioni in toto seu in parte contraire presumpserit, irremissibiliter exigi volumus et eius medietatem nostris, residuam

vero partem injuriam passorum usibus applicari. Mandamus igitur capitaneo, Burggravio, judici, scabinis et ceteris officialibus Glacensibus, qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris dilectis, quatenus antedictos pannicidas et textores Glacenses, heredes et successores ipsorum, imperpetuum circa presentem ordinacionem nostre sciencie et omnia eadem in ea contenta de verbo ad verbum, prout exprimuntur superius, auctoritate regia manuteneant et asservent. Presencium sub nostre majestatis sigillo testimonio litterarum datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, indicione V, 17. calend. Marcii, regnorum nostrorum anno sexto.

Grünes Privilegienbuch im Glatzer Rathhausarchiv, Fol. 115—17.

1352, März 21. Prag.

Erzbischof Arnestus übergiebt die Pfarrkirche zu Kostomlat mit all ihren Rechten und Einkünften dem Kloster der regulirten Chorherrn in Glatz.

In nomine domini amen. Nos Arnestus dei et apostolice sedis gracia sancte Pragensis Ecclesie Archiepiscopus ad perpetuam rei memoriam. Cura pastoralis officii nos sollicitat et inducit, ut acumulemus votis, pia vota hec inquam, que salutem animarum concernunt, pervigili quoque ac benigno prosequamur affectu illa tamen precipue, que deodicatorum et presertim Religiosorum locorum, in quibus cultus divinus augetur et monastici viget ordinis disciplina, comodum, ut ipsorum inhabitatores quiecius domino famulari valeant, respiciunt et profectum. Cum igitur Monasterium Montis sancte Marie in civitate Glacensi ordinis sancti Augustini, in quo Prepositus et nonnulli Canonici Regulares omnipotenti deo ac ipsius genitrici et omnibus sanctis devote et assidue famulantur, de novo per nos ad laudem et gloriam omnipotentis dei ac ipsius genitricis virginis Marie fundatum et dotatum, prout in litteris nostris super ipsa fundacione confectis, clarius et plenius continetur, propter parvitatem reddituum ipsius monasterii plurima incommoda ac expensarum onera sustinere cogatur, Nos itaque volentes eidem monasterio paterna pietate succurrere ac de oportuno remedio providere, ne propter defectum vite necessariorum in eo profectus monastici ordinis possit quomodolibet inpediri, habito prius cum Honorabilibus viris et dominis Przedwogio decano, Sdeslao scolastico totoque nostre Pragensis ecclesie Capitulo maturo ac diligenti tractatu ceterisque sollempnitatibus observatis, de predictorum dominorum conivencia et expresso consensu ad laudem et gloriam divini nominis et ob reverenciam sanc-

tissime Marie virginis totiusque curie celestis ac ob meliorem fratrum sustentacionem seu Canonicorum in predicto monasterio degentium et precipue, ut predictum monasterium sufficere valeat ad incumbentia onera et expensas supportandas, Ecclesiam parochialem in Kostomlat nostre dyocesis, in qua memorati Prepositus et Conventus Canonicorum regularium obtinent jus patronatus, eidem Monasterio Montis sancte Marie in Glacz auctoritate ordinaria incorporamus ipsamque ecclesiam cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus, juribus, utilitatibus, fructibus et pertinenciis suis universis, quocunque nomine censeantur, in jus et proprietatem prefati Monasterii Montis sancte Marie transferimus et ipsam eidem Monasterio quoad bona ipsius temporalia in totum subicimus et cum pleno jure, nostris et archidiaconalibus juribus tamen salvis, unimus, annectimus et presentibus tradimus et donamus, sic quod cedente vel decedente Rectore ejusdem ecclesie Prepositus, qui pro tempore fuerit, sui Conventus ad hoc accedente consensu, possint et debeant fratrem seu Canonicum sui Monasterii, personam ydoneam in eadem ecclesia instituendam nobis presentare, que regimen spiritualium et temporalium curamque a nobis recipiat animarum. In quorum omnium testimonium et robur perpetuo valiturum presentes incorporacionis litteras fieri jussimus tam nostri quam predicti Capituli nostri Pragensis sigillorum appensione et munimine roboratas. Actum et datum aput Ecclesiam nostram Pragensem in Refectorio annexo ipsi Pragensi Ecclesie anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, die vicesima prima mensis Marcii.

Orig. Perg. im Pfarreiarchiv zu Glatz sub litt. A. Nr. 1 h. Angehängt an roth-gelben Seidenschnüren das große Bischofssiegel des Arnestus und das Prager Capitelssiegel mit dem Bilde des hl. Adalbertus und Wenceslaus.

1352, März 22. Prag.

Dem Augustinerkloster in Glatz werden vom Erzbischof Arnestus gewisse Güter in Ober- und Niederschwedeldorf, in Batzdorf, Eisersdorf sowie das Dorf Kostomlat überwiesen.

In nomine domini amen. Arnestus dei et apostolice sedis gracia sancte Pragensis ecclesie archiepiscopus universis presencium inspectoribus salutem in domino sempiternam. In presenti seculo scimus sive oracionibus sive consiliis invicem nos posse adiuvari, cum autem ante tribunal Christi venerimus, nec Job nec Danielem nec Noe rogare posse pro quoquo, sed unumquemque portare onus suum, et ideo quisque mortalium, dum in humanis agit, in operibus misericordie

et elemosinarum largicione se talem exhibere et exercere tenetur, ut pro hiis, que hic misericorditer elargitur, presentis vite subsidia et eterne claritatis premia a domino, qui multipliciter et inperpetuum mansura tribuit, recipere mereatur. Cupientes igitur transitoria et terrena pro celestibus et perpetuis felici commercio commutare vitamque consequi sempiternam, ecclesiam ad laudem et gloriam omnipotentis dei eiusque genitricis virginis Marie semper gloriose ac in divini cultus augmentum pro preposito et canonicis regularibus per nos constituendis et ponendis ac perperpetuo inibi permansuris in oppido Glacz nostre Pragensis dyocesis iam construere cepimus et fundare ipsamque adiuvante domino perficere laudabiliter intendimus et complere. Quamquidem ecclesiam in honore sancte Marie virginis, ut prefertur, intytulari volumus et eciam insigniri, et quia spiritualia sine temporalibus non subsistunt, idcirco ut memorati videlicet prepositus et canonici regulares, qui nunc erunt et pro tempore seu perpetuis temporibus fuerint et esse debent eidem ecclesie in divinis officiis diurnis scilicet et nocturnis devote et laudabiliter servientes, congrue et decenter valeant sustentari et alia necessaria exinde percipere et habere, bona et redditus ac proventus infrascriptos, que et quos a nobilibus viris Renczone videlicet et Nycolao fratribus de Globucz, accedente ad hoc serenissimi principis et domini nostri domini Karoli Romanorum regis semper Augusti et Boemie regis speciali licencia et consensu, pro peccuniis de nostris et archiepiscopatus nostri bonis discretis, proventibus, ad nostram dumtaxat mensam archiepiscopalem spectantibus pro nobis ac usibus nostris recollectis, reservatis et reconditis, quasquidem peccunias, expensarum sumptus moderando, parcius viventes recollegimus, reservavimus et recondidimus de voluntate et expresso consensu honorabilium virorum dominorum Prziedwogii decani, Sdeslay scolastici ac tocius ecclesie nostre Pragensis capituli, habito tamen cum decano, scolastico totoque capitulo predictis super premissis et infrascriptis tractatu sollempni ipsoque quoque sepius repetito absque omni prorsus dicti archiepiscopatus nostri ac pretacte mense nostre bonorum lesione seu preiudicio qualicumque emimus seu empcionis tytulo et iure hereditario duximus camparanda, prelibate ecclesie necnon preposito et canonicis regularibus supradictis ac pro sustentacione eorum, pro nostrorum ac omnium christifidelium redempcione et remedio peccatorum et ut oracionum et suffragiorum, que in dicta ecclesia fient, participes existere valeamus, ex mera liberalitate dotantes concedimus, conferimus et donamus ac donacionis et dotacionis tytulo assignamus, omne ius proprietatis et directi ac utilis dominii predictorum reddituum et bonorum in predictos scilicet prepositum et canonicos regulares successoresque eorum liberaliter transferentes, proprietatis iure per ipsos procul dubio possidenda et possidendos. Nomina autem bonorum et reddituum per nos emptorum et donatorum sunt hec: in primis in Sweydlerdorff inferiori triginta septem laneos censuales cum prato et quibusdam agris superfluis, qui proprie et vulgariter Zbitkowe nuncupantur, quorum, prati videlicet et agrorum, redditus annuatim ad duorum laneorum sufficienciam se extendunt, in superiori Sweydlerdorff unum cum dimidio laneum (sub aratro et unum laneum) censualem, sex quoque laneos censuales minus dimidia tercia virga in Bertholtdorff, ac in Isenrichdorf allodium de duobus laneis cum dimidio et ortum unum ante castrum Glacense situm cum curia sive domo in castro Glacensi sita necnon villam Kostomlat sub monte Ripino sitam, cum araturis, agris cultis et incultis, cum censibus, fructibus, obvencionibus, honoribus, libertatibus, iuribus, iudicibus, iudiciis, rubetis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, fluminibus, rivis, piscacionibus, piscatoribus, vineis, pomeriis, ortis et cum omnibus utilitatibus ad bona predicta pertinentibus, in quibuscumque rebus consistant, renunciantes expresse pro nobis et successoribus nostris omnis iuris auxilio vel accioni, quod et que nobis competere possent circa bona predicta, quomodolibet infuturum. Addicimus eciam ad predicta, quod prepositus et canonici regulares, qui sunt et pro tempore fuerint, nobis de hac luce subtractis de redditibus seu proventibus suis et sui monasterii supradicti quinque marcas argenti grossorum Pragensium, sexaginta quatuor grossos pro marca computando, in nostri commemoracione anniversarii dominis canonicis et ministris ecclesie nostre Pragensis annis singulis, qui in eadem ecclesia in dicto nostro anniversario interfuerint, per quindenam ante diem anniversarii nostri sub pena dupli, quam contrarium facientes ipso facto incurrere volumus, solvere teneantur. De hiis autem quinque marcis mediam dumtaxat marcam XVI grossos pro candelis et XVI reliquos pro eiusdem misse offertorio deputamus. Preterea dicit canon: Valde est iniquum et ingens sacrilegium, ut quecumque pro remedio peccatorum vel pro salute ac requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesie contulerit aut certe reliquerit, ab hiis quibus maxime servari convenit, id est christianis et deum timenti-

bus hominibus in aliud transferri vel converti vel quomodolibet usurpari. Quare nos Arnestus archiepiscopus supradictus omnes et singulos christifideles cuiuscumque status aut preeminencie existunt auctoritate omnipotentis dei, qua fungimur in hac parte, exhortando requirimus et monemus et in remissionem ipsis iniungimus peccatorum, ut nullus bona et redditus supradictos predicte ecclesie in honore beate Marie virginis, ut predicitur, dedicande collata et collatos invadere vel spoliare aut quamvis molestiam irrogare audeat et presumat, alioquin contrarium faciens, nisi sibi celeri restitucione et satisfaccione prospexerit, indignacionem omnipotentis dei, qui iratus animas percutit, ipsiusque genitricis, cuius factum agitur, ipso facto incurrat et maledicione perpetua feriatur, quos quidem invasores bonorum ecclesiasticorum constat a patre et filio et spiritu sancto condempnatos esse et deputabuntur, ubi vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur, quia deo adversantur. In cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presentes litteras fieri voluimus sigillorum nostrorum et capituli Pragensis predicti appensione et munimine roboratas. Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo LII die XXII mensis Marcii.[1])

Orig. Perg. im Staatsarchive zu Breslau (Gr. Glatz 27c). Das wohlerhaltene Siegel des Bischofs mit Rücksiegel in rothem Wachs auf brauner Schale und das des Capitels in gewöhnlichem Wachse hängt an roth- und grünseidenen Fäden.

1352, April 11. Prag.

Karl IV. giebt den Bürgern von Glatz die freie Rathswahl, welche sie verloren hatten, wieder; doch sollen sie den Rath mit Willen des Hauptmanns zu Glatz wählen.

Carolus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Bohemie Rex Magistro Consulum et consulibus civitatis

[1]) Balbinus, Vita Arnesti S. 265 führt obige Urkunde als zweiten mehrfach abweichenden Stiftungsbrief des Glatzer Augustinerklosters an und bemerkt hierüber: „Magna cum admiracione mea geminas Originales fundationis litteras in manuscriptis membranis inveni, quae non parum in quibusdam adjunctis differunt. Quas recitavi datae sunt a. 1350, X Cal. Nov., alterae 1352, die 22. mensis Martii..... Unde litterarum diversitas nata sit et quid sibi velit, fateor me ignorare ..... Sciendum est ex Chronico M. S. Glacensi (Augustinerchronik!) a. 1484 Pragense capitulum petiisse a Praeposito illas quinque marcas per Dominum Blasium Canonicum Prag. feria IV in festis Paschalibus. Negavit Praepositus se debere ob plurimas causas; nunquam ab antecessoribus mencionem factam, sine dubio compositionem intercessisse, amisisse Monasterium bona in Bohemia etc. Lis tracta est usque ad annum 1487, quo datis Pragae litteris 17. Junii ob paupertatem Monasterii Capitulum Praeposito Glacensi onus remittit.

Glacensis fidelibus nostris dilectis graciam Regiam et omne bonum. Quia pridem auctoritatem constituendi et destituendi Consules in prefata nostra Civitate nostre Maiestati reservavimus vosque nobis cum humili precum instancia supplicastis, quatenus vobis potestatem eligendi consules, prout in eadem Civitate ab antiquo consuetum est, fieri Regia celsitudo committere dignaretur, Nos quoque inspectis multiplicibus obsequiis, quibus nostre celsitudini placere studuistis hactenus et adhuc fidelitatis studio poteritis abundancius futuris temporibus complacere, vestris in hac parte supplicationibus favorabiliter et benignius annuentes, vobis auctoritatem eligendi consules, quos ad hoc fore sciveritis idoneos, oportunis temporibus, prout antiquitus est fieri consuetum, ut premittitur, habito tamen ad hoc consensu et consilio capitanei nostri, qui pro tempore fuerit, committendam duximus de nostre celsitudinis gracia speciali presentibus duntaxat ad nostre voluntatis beneplacitum valituris. Harum testimonio litterarum datum Prage Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, Indictione quinta, tercio Idus Aprilis, Regnorum nostrorum anno sexto.

Privilegienbuch Nr. 2 im Glatzer Rathhausarchiv Fol. 21. — Privilegia Nr. 10 im Glatzer Steueramt Fol. 15a.

1352, April 24. Avignon.

Papst Clemens VI. bestätigt die Errichtung des Augustinerklosters in Glatz.

Clemens episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam. Si honestis peticionibus supplicum deceat nos gratum prebere consensum, eas tamen, que religionis incrementa respiciunt, eo favorabilius exaudimus, quo eciam irrequisiti libenter nostre solicitudinis studium adhibemus. Exhibita siquidem nobis pro parte venerabilis fratris nostri Arnesti Archiepiscopi Pragensis et dilectorum filiorum .. Prepositi et Conventus Monasterii Montis sancte Marie in Glacz, per Prepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini, Pragensis diocesis, peticio continebat, quod olim idem Archiepiscopus, cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, ad omnipotentis dei laudem et gloriam ac pro sue et parentum suorum animarum salute prefatum Monasterium de bonis suis fundavit, construxit pariter et dotavit. Quare dicti Archiepiscopus, Prepositus et Conventus nobis humiliter supplicarunt, ut fundacioni et dotacioni hujusmodi confirmacionis nostre robur adicere de speciali gratia dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicacionibus

inclinati fundacionem et dotacionem predictas ratas et gratas habentes, illas auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem defectum, si quis forsan intervenerit in eisdem, de apostolice plenitudine potestatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis et supplecionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione VIII Kal. Maii Pontificatus nostri Anno decimo.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv, sub. litt. A. Nr. 2a mit der Bleibulle an roth-gelber Seidenschnur.

1352, August 30. Raudnitz.

Der Erzbischof Arnestus und seine Brüder weisen die Schulzen von Schwedeldorf und Batzdorf an, fortan den Augustinern in Glatz unterthänig zu sein.

Nos Arnestus, dei et apostolice sedis gracia sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopus, Smylo et Wilhelmus de Pordowicz, fratres germani, notum facimus tenore presencium universis, quod discretos viros Cunczlinum de Sweidlerdorph, Hennel de Perttoldisdorph scultetos nec non homines nostros censuales universos et singulos ibidem in Pertholdisdorph de fidelitatis promisso et homagio per ipsos alias nobis facto liberos et absolutos dimisimus et voluntarie absolutos dimittimus penitus per presentes, sic quod hujusmodi fidelitatis promissum et homagium honorabili viro . . preposito Canonicorum regularium Monasterii montis sancte Marie in Glacz nostre Pragensis diocesis et fundacionis nove, suo et conventus sui nomine recipienti, protinus absque difficultate qualibet facere debeant et prestare; prefatos enim scultetos et homines cum serviciis debitis et honoribus necnon ipsorum hereditatibus, bonis et rebus omnibus, quibuscunque censeantur nominibus, ut ad nos pertinebant, ad prefatum prepositum et conventum, ut ipsis obediant et intendant ac ad eos decetero respectum habeant, vigore presencium indicamus, sicut idipsum in litteris Regalibus super eo editis copiosius et plenius continetur expressum. Harum sub nostris sigillis testimonio litterarum datum in Rudnicz anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo die penultima mensis Augusti.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. A. Nr. 1g mit 3 Siegeln an Pergamentstreifen, deren erstes das große Bischofssiegel des Arnestus mit Rücksiegel ist. Auf dem zweiten befindet sich im Dreiecksschilde ein rechts gewendetes halbes springendes Roß, auf dem dritten ein dergleichen links gewendetes Roß.

1352, September 20.

Hanns von Wustehube verkauft dem ehrbaren Manne Herrn Hensel von Donyn, Herrn Otten, Sohn von Donyn und allen seinen Brüdern seinen Hof zu Newenrode „mit dem stetechin, das do vor lit mit czweien molen, di eine di ist gelegen vor der stat czu Newenrode, di andir czu Waldicz, mit Wesen, mit Weldin, mit visserie, mit tychen und mit vünf Dorfern; das irste ist geheissen Volprechsdorf, das andir Cunczendorf, das dritte Hugisdorf, das virde Ludwigsdorf, das vünfte Kunigswalde; in demselben vorgenannten stetechin und Dorfern Sibenczick mark geldes polnyscher czal mit allem Rechte und mit allem nucze und mit aller herrschaft etc.“ Zeuge: Rüdiger von Hugwitz, Herr Heinrichs Sohn. Am St. Mathäiabende 1352.

Nach dem Auszug, den Kögler vom Originale im Neuroder Schloßarchiv nahm.

1352, October 28. Prag.

Karl IV. nimmt die Unterthanen des Johanniterordens vom weltlichen Gerichte aus.

Wir Carolus vonn gottes gnaden Rehmischer Khonig, alzeitt mehrer des Reichs und Khonig zu Behem, entpitten den Burggrafen, Landrichttern und erbhern, dem Burgermeyster und geschwornen Scheppen Des schlosses, der Stad und des weichbildes Glaz,..... die zur Zeitt seinn werden, unsern lieben getreuen unser Khenigliche genahde und Alles gutt. Wie wol die geistlichen brueder des ordens Sanct Johannis von Jerusalem unser lieben andechtigen Jetzt lange mit unsern und unserer durchlauchtten Sehligs gedechttnus Vorfahren vor Zeitten Khonig zu Behem, Privilegien und briefen gefreiet und aussgenommen sein, Das Ihre leutte auff Ihrenn guttern uhberall in unserm Reich Behmen wohnende fur keine Andere gericht nicht stehen sollen, wie dan auch dieselbigen Privilegienn in der Landtafell volkohmlicher unnd clerlicher begriffen werden, jedoch auff das nicht von wegen der unwissenheitt Ihren leutten im Glaczischen, Habelschwerdischen ader Anderen gemelter Grafschafft? weichbilden wieder solche freyheitt durch euch oder ewer Nachkomlinge Jemandt ein beschwernus oder verwirrung khande aber machte mit der Zeit Zugefuhgett oder Auffgeleget werden, befehlenn unnd gepitten wir Euer trew ernstlich bey verlust unnser kheniglichen gnahde unnd wellen festiglich

gehaldenn habenn, das diese ehegenannten leutte, sie wohnen, wo sie wollen, mit wem sie Auch zu schigkenn habenn, In keinerlei weyse fur Euer gericht ader gegenwertigkeit sollen gefordert werdenn, und dis soll derhalben geschehen, das sie nicht andersswo, den Alleine fur Ihrem Aigenen Richtter fur eine Jegliche Annclahge vnnd gegenwurft den menschen gerichtlich zu anttwortten schuldig seinn. Wirt ahber wieder gegenwärtig unnsers gepots oder Mandatts ordnunng etwas anders Ihnen Zum gericht furgenommen werden, das soll durch khenigliche gewaltt unkrefftig unnd vorgeblich seinn. Zu Urkhund haben wir diesen brieff mit unserem kleinen Siegel lassen vorferttigt werden, gegeben zu Prahge Noch Christi gepurtt MCCCLII In der funfften Indicion am XXVIII thage dess weinmonats unserer Reich am Siebendenn.

Grünes Privilegienbuch im Glatzer Rathhausarchiv Fol. 79.

1352, December 5. Prag.

Erbstreitigkeiten zwischen dem Augustinerkloster zu Glatz und den Erben des Jurzata von Melnik in Costomlat.

Nos Purchardus Purchramus, Meydburgensis Judex Curie Regie per Boemiam, Recognoscimus tenore presencium universis publice profitentes, quod cum materia litis, que inter Venerabilem in Christo patrem et dominum dominum Arnestum sancte Pragensis Ecclesie Archiepiscopum vice et loco Honorabilium et Religiosorum virorum .. prepositi et Conventus Monasterii montis sancte Marie Canonicorum Regularium in Glacz, ipsius domini Archiepiscopi nove fundacionis, ex una et .. heredes Jurzate quondam de Melnico vertebatur parte ex altera super quibusdam hereditatibus in villa Costomlat obligatis heredibus Jurzate predicti, juxta quod in tabulis Zude Melnicensis plenius continetur, per invictissimum dominum nostrum dominum Karolum Romanorum regem semper Augustum et Boemie regem nobis peraudienda et fine debito conclaudenda specialiter commissa extitisset, nos vero audientes et intelligentes, quod dominus Arnestus Archiepiscopus memoratus ipsas hereditates predicto Monasterio in Glacz justo emptionis titulo comparavit et earundem hereditatum disbrigatores habere dinoscitur, id detulimus Baronibus terre in quatuor temporibus Penthecostes vigoroso Judicio presidentibus, qui visis et auditis Tabulis Zude Melnicensis, pro jure invenerunt, quod heredes Jurzate prefati in jure suo debent juxta tenorem tabularum Zude Melnicensis per .. Beneficiarios Melnicensis provincie promoveri et dominus Arnestus Archiepiscopus sepedictus pro libertacione earundem hereditatum disbrigatores suos monebit et monere debebit. Demum anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo feria tercia post festum beatorum Symonis et Jude apostolorum per litteram Regiam .. Heredes Jurzate de Melnico nominati ad judicium fuerunt ad instanciam domini Lewe dicti de Costomlat evocati. In eodem termino nobis Purchardo pro tribunali sedente fuit propositum per ipsum dominum Lewam contra eosdem .. heredes Jurzate, quod ipse per plures annos dictam villam Costomlat cum hereditatibus et aliis obvencionibus singulis ac universis dudum sine omni juris impedimento possiderat, sibi non constante de aliqua obligacione in villa eadem, petens cum jure et justicia, ut in predicta villa decetero non impediretur tamquam disbrigator ejusdem ville cum aliis fratribus et amicis ad dominum Arnestum Archiepiscopum sepedictum vice et nomine dictorum .. Prepositi et Conventus monasterii sue fundacionis in Glacz tytulo emptionis hereditarie devolute, cum hoc eciam domino Henrico de Luchtemburk palam profitente, ejusdem ville disbrigatorem fuisse quoad dominum Lewam prelibatum. Et domini Barones in eodem judicio pro jure adinvenerunt, ex quo dictus dominus Lewa dictam villam Costomlat per annos tres et sex septimanas habens disbrigatorem prefatum sine impedimento racionabili ac impeticione quorumpiam tenuerat pacifice et possedit, quod de cetero circa disbrigacionem ejusdem ville ipse et dominus Archiepiscopus prefati Prepositi et Conventus nomine non debent nec possint per quospiam impediri. Actum in Castro Pragensi in palatio Regio presentibus Baronibus et dominis Henrico de Luchtemburch, Benessio de Wartenberch, Andrea de Duba summo Zudario Zude Pragensis, Tassone de Skuhrow, Wylhelmo de Skaly, Sdenkone de Sternberch, Bohuslao de Crassicow et aliis quam pluribus fide dignis. In cujus rei testimonium Sigillum judicii Curie Regie presentibus duximus appendendum. Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo in vigilia beati Nicolai confessoris.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. A. Nr. 3h mit zerbrochenem Siegel am Pergamentstreifen. — Ein zweites Original im Rathhausarchiv zu Glatz in den Pietanzacten von 1483—1738 mit leidlich erhaltenem Siegel.

1353. Glatz.

Scabini: Petrus Lodix, Mirislaus, Nicolaus de Arnoltstorf, Martinus Geuman, Nicolaus Lywsten, Cunradus de Brux,

Libing, Johannes de Landishut, Johannes Nunler, Nicolaus Morlyn, Jacobus Woluram, Walther Estas. [1])

Katherina, Nikils hausvrawe in dem tore, schikte eyn brotbank; waz übr der stat geschos czinses geuellet, dez zol heben der kummthur vnd zein conuent eyn virtel vnd di pfarre eyn virteil vnd der gardian eyn virteil vnd czu den stegen eyn virteil.

Hennil Schram hat kauft anderthalben virdunk czinses alle iar auf Hennil Schaffrotes haus vnd garten in dem winkel bei Nikil von Ditrichsbach czu neste.

Blahut der beme hat kauft den hof an der ekke in der bemischen gasse.

Nikil Pezolt hat kauft XXII groschen czinses auf Cunat smides haus vnd garten, der vor gewest ist Nikil smides von Willemstorf.

Jekil, Hannus zon von Wünschelburg, vorczich zich alles anualles von vater vnd von mutter in eym gehegten dinge vnd hat daz mit willen vorrreicht zeiner mutter vnd zeinen brüdern Hennil vnd Peczen czu tun vnd czu losen.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz.

1353, Januar 12. Glatz.

Die Schulzen Cunzlinus und Petrus von Niederschwedeldorf verkaufen ihre Güter und Rechte daselbst den regulirten Chorherrn in Glatz.

Ulricus de Wolvilsdorf Judex provincialis districtus Glaczensis, quod quia bone rei dare consensum et perswadet racio et dictat auctoritas sapientum, illis precipue rebus, que domini cultus honorem conspiciunt, per quas multiplicatis devocionum studiis omnipotentis dei cultura et intemerate virginis et matris ejus digna veneracio feliciter adaugentur, ideoque profiteor, qualiter in mei constituti presencia coram bannito judicio, ubi omnia acta robor habent, providi viri Cunczlinus et Petrus sculteti quondam in Swedlerdorf inferiori villa Glaczensis districtus bene sani, non conpulsi, animo deliberato, sano et maturo ipsorum amicorum consilio precedente Reverendis viris et dominis Johanni preposito et conventui canonicorum regularium in monte sancte Marie in Glacz judicium predicte ville Cunczlinus: unum laneum sub aratro cum sexta parte unius virge et cum octo virgis censualibus eciam sub aratro et unam virgam cum dimidia cum casa censuali et terciam partem tercii denarii de penis et emendis et terciam partem duorum molendinorum cum quatuor rotis

[1]) cf. Fundationszinsbuch, beginnend 1337.

molentibus et duabus curiis, quas ipse Cunczlinusmet possedit, Petrus quatuordecim virgas liberas, duos laneos cum dimidio censuales, de quibus possidet Nycolaus in monte viginti virgas cum una et Michael septem virgas cum dimidia et Katherina vidua unam virgam cum dimidia et ortum in medio ville et curiam ad judicium spectantem, tres curias censuales, duas partes tercii denarii et duas partes supradictorum molendinorum cum omnibus usufructibus, montibus, planis, agris cultis et incultis, nemoribus, virgultis, arboribus, pratis, aquis, aquarum decursibus, piscinis, piscacionibus, auccupacionibus, venacionibus, honoribus et omnibus juribus et conswetudinibus, quibus dicti sculteti dictum judicium et sculteciam hactenus tenuerunt, rite et racionabiliter vendiderunt et coram me in predicto judicio bannito justo vendicionis tytulo resignaverunt et abrenunciaverunt omnibus exceptionibus et juribus, si que non sint expresse vel ab ipsis excipi possent in futurum. Ego igitur huius vendicionis contractum ratum et gratum habens supradictis domino Johanni preposito et conventui supradictum judicium in veram hereditatem tenendum, regendum, possidendum, utifruendum perpetuis in antea temporibus cum juribus omnibus, libertatibus, inmunitatibus, fructibus, condicionibus, ut prefertur, auctoritate, qua fungor, de mera consciencia contuli, presentibus providis viris Sidelino de Stynauia, Mathie Suntag, Nycolao Cornelii, Theodrico Brasiatore, Jacobo de Brunouia, Henlino Hildegis Scabinis in Glacz testibus ad premissa et aliis pluribus fidedignis. In hujus vendicionis et resignacionis robur et memoriam Sigillum civitatis Glacz et mei Ulrici presenti est appensum. Datum et actum Glacz in curia dominorum Cruciferorum Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio Sabatho infra Octavam Epiphanie domini vel II° ydus Januarii.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. K., Nr. 9a. Von den 2 Siegeln, die mit Pergamentstreifen angehängt waren, ist noch eines vorhanden, und zwar das große Siegel der Stadt Glatz.

1353, Januar 12. Glatz.

Cunzlinus und Petrus, vormals Schulzen in Nieder-Schwedeldorf, versprechen dem Erzbischofe Arnestus, die Bürgschaft für den ungestörten Besitz des Gerichtes zu Schwedeldorf zu übernehmen.

Pateat cunctis presentem intuentibus, quod nos Cunczlinus et Petrus quondam Sculteti in Swedlerdorff inferiori villa Glaczensis districtus ut principales, Johannes Bertoldi, Jacobus de Brunovia, Johannes de Brunovia, gener Lodicis, in solidum bona nostra fide sine dolo promittimus venerabili in

Christo patri ac domino domino Arnesto sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopo et Commendabilibus viris et dominis domino Nycolao preposito Rudniczensi et domino Johanni preposito Canonicorum Regularium et conventui in monte sancte Marie in Glacz ac ad manus ipsorum discretis viris Cunrado Heroldi, Cunrado de Wolvilsdorff, Nycolao Molari, Henrico Sartori Civibus in Glacz, judicium dicte ville Swedlerdorff cum molendinis, agris sub aratro, curiis, laneis censualibus, ortis et omnibus ad ipsum judicium spectantibus, que in littera desuper confecta lucidius sunt expressa, sicut jus et consuetudo provincie Glacensis requirit, gwarendare, quod vulgariter geweren dicitur, et ab omni impeticione, omni disbrigatione eorum, si predicti dominus Archiepiscopus et domini prepositi et conventus vel ipsorum fidejussores aliquod ex aliqua impeticione impedimentum paterentur, quod Jure sopire sperneremus, ex tunc obstagium consuetum in civitate Glacz tenemur insimul subingredi, non egressuri, donec ille defectus seu inpeticio orta sopiatur et dampna percepta restaurentur et addito, quod ille centum et sedecim sexagenae cum quadraginta grossis Prag. denariorum hereditalis pecunie, que dari debet ab instanti beati Jeorgii festo, ad unum annum integrum apud supradictos prepositos et eorum fideiussores remanebunt more veri pignoris, quousque dictum Judicium cum omnibus premissis attinenciis et conditionibus finaliter disbrigaverimus absolute, adiungentes, quod si aliquis aut aliqui ex nobis de hac luce, quod absit, migraret, nos vero alium aut alios eque certum aut eque certos illorum aut illius loco statuere volumus et debemus harum testimonio litterarum. Sigillum Glaczense ad nostram supplicacionem presenti est appensum. Datum et actum Glacz in curia dominorum Cruciferorum anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio in sabatho infra octavam Epiphanie domini.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv, sub litt. K. Nr. 9 b. Das Siegel am Pergamentstreifen ist abgerissen.

1353, Januar 29. Prag.

Karl IV. verspricht den Vasallen und Schulzen des Landes und den Bürgern der Stadt Glatz, daß das Schloß Karpenstein, das er vom edeln Mersan von Parchewitz gekauft und für dessen Kaufsumme diese theilweise Bürgschaft geleistet haben, nie von der Krone Böhmen oder dem Lande Glatz getrennt werden soll.

Karolus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex Notum facimus universis, quia dilecti nobis Nobiles, vasalli, Milites, clientes et sculteti districtus seu territorii ac cives civitatis Glacensis fideles nostri ad mandatum sive regie celsitudinis instanciam pro comparacione castri Carpenstein, quod erga nobilem Mersanum de Parchewicz, fidelem nostrum dilectum, emisse dinoscimur, in aliquibus se fecerunt pecuniis debitores, idcirco ipsis et eorum successoribus promittimus et regia benignitate spondemus pro nobis, heredibus et successoribus nostris Regibus Boemie: castrum Carpenstein predictum a Regno sive corona Boemie aut eciam districtu seu territorio Glacensi vendere, obligare seu quovis alio tytulo alienare nullis unquam perpetuis temporibus affuturis. Harum nostrarum testimonio litterarum datum Prage Anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio indictione sexta IIII° Kalendas Februarii Regnorum nostrorum anno septimo.

Orig. Perg. mit vorn aufgedrücktem und mit Papier überlegtem Adlersiegel in rothem Wachs im Rathhausarchiv zu Glatz (Acta: Schulden der Landesherrn).

1353, Januar 29. Prag.

Karl IV. beurkundet, daß, wenn mit dem Hause Karpenstein Landeck oder andere Güter vereinigt werden würden, dies den Vasallen und Schulzen des Landes und den Bürgern der Stadt Glatz zu keinem Schaden gereichen solle.

Carolus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie rex notum facimus universis, si per regiam celsitudinem ullis unquam temporibus contingat, castro Carpenstein ad meliorationem ipsius oppidum Landek seu alia bona districtus sive territorii Glacensis pro regie voluntatis beneplacito deputari, nolumus ex huiusmodi deputacione nobilibus et scultetis districtus et civibus civitatis Glacensis fidelibus nostris dilectis in suis juribus aliquod perpetuis temporibus prejudicium gravari. Harum nostrarum testimonio litterarum datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio indictione sexta, quarto Calendas Februarii regnorum nostrorum anno septimo.

Original im Rathhausarchive zu Glatz.

1353, August 6. Prag.

Karl IV. befiehlt den Behörden der Städte Neisse, Glatz und Frankenstein, die Unterthanen des Klosters Camenz nicht zu belästigen.

Datum Prage VIta die Augusti, regnorum nostrorum anno Romani actavo, Boemie vero septimo.

Orig. Perg. im Staatsarchiv zu Breslau. (Cod. dipl. Sil. X, S. 187.)

1353, November 28. Glatz.

Thammo und Nicolaus von Rachenau verkaufen eine Mark jährl. Zinses auf 9 Ruthen zu Schwenz den Minoriten zu Glatz.

Nos Benessius de Chusink pro regia majestate capitaneus in Glacz recognoscimus tenore presencium universis, quod in nostra et fidelium domini nostri .. regis infrascriptorum nomine testium specialiter ad hoc rogatorum presencia constituti strenui famuli Thammo et Nycolaus fratres de Rachnaw animo deliberato, voluntate bona, consilio unanimi necnon ex consensu maturo aliorum fratrum ipsorum, venerando ac religioso viro fratri Nycolao gardiano ac suis fratribus ordinis minorum sancti Franczisci domus Glaczensis unam marcam annui census, sexaginta quatuor grossos pro marca computando, in et super novem virgis in villa Swencz, quas Sdenko rusticus possidere dinoscitur, per triennium continuum rite ac racionabiliter pro octo sexagenis grossorum Pragensium vendiderunt, tali tamen condicione adiecta, quod si dicti fratres de Rachnaw triennio elapso dictam marcam pro tanta prompta pecunia infra mensem unum reemere potuerint aut voluerint, extunc ad earum omni contradiccione remota transibit jurisdictionem. Sin autem non reemerint, tunc nominati fratres Thammo et Nycolaus de Rachnaw promiserunt, predictos viros fratrem Nycolaum gardianum cum suis fratribus de dicta marca gwarandare, prout modus districtus Glaczensis exigit et requirit, per eos habendam, tenendam et possidendam ac jure hereditario in usus proprios perpetue convertendam et coram nobis dictis viris ac fratribus iusto vendicionis tytulo resignantes, petentes, ut hec omnia premissa confirmaremus. Nos igitur ob reverenciam ordinis resignacionem vendicionemque predictam tamquam gratam et ratam tenore presencium acceptantes et sepedictam marcam annui census in villa Swencz Glaczensis districtus sepedictis viris: fratri Nycolao gardiano et suis confratribus modis omnibus quibus supra auctoritate regia, qua fungimur in hac parte, damus, concedimus et porrigendo donamus. In cuius rei testimonium presentibus nostrum sigillum una cum sigillis nobilium videlicet Henselini de Bela, Jerkonis de Musschin militum et Ottonis de Glubocz testium duximus apponendum. Datum et actum Glacz feria quinta proxima post festum Katherine virginis anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio.

Orig. Perg. im Staatsarchive zu Breslau (Minor. Glatz 14). An Pergamentstreifen anhangend drei Siegel; das vierte ist verloren.

1354. Glatz.

Tempore nouorum scabinorum Johannis Czeterwange, Cunadi Heroldi, Nicolai Cunwelder, Henrici de Wunschelburg, Nicolai de Wilcz, Petri Gremil, Henlini Schram, Nycolai Bleyweger, Welczelini Pistoris a. dm. m° ccc° LIIII in die beati Jeorgii.

Gremil von Yzenrichstorf quam in eyn gehegt dink vnd gab mit bedochtem mute zeiner hausvrawen Gertrud auf anderthalbe mark czinses.

Cunczil Messersmit von Neunrod hat kauft daz haus an der ekk bei dem kirchhof.

Nyckil, Michael, Engel vnd Margaretha, Petir Scheffelerz kinder, quamen uor eyn geheget dink gesundir libe mit gutem willen, alles anualles, der sy an waz geuallen an dem erbe ires uater, haben si sich uorzigen vnd lisen Cunat voytes erbe von Arnoldisdorf of dem anger vry vnd ledik. Actum die beati Galli confessoris.

Else, Hennil Czusnerin, hat gekouft ... eyn halbe mark cinses alle iar uf Sydil Hundils hus uf dem vymarckte die b. Lucie.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz.

1354. Glatz.

Dy edelen her Otte, her Othackir, her Otte vnd abir Otte, hern Otten Sune von Glubocz .... geben vyre groze (auf einen Garten) czinses; ... vm dy pfennige sal man in der Wochen uf Sente Michel zemeln koufen vnd iczlichem sichen sinen teyl geben. Actum feria Vta ante epiphanyas domini.

Jekil Czygeler hat gekouft .... eyn ackir vydir das Spital czu Bremendorff mit willen der geswornen, hantwerkmeister vnd der eldesten vm sibin virdunge czinses; den cinz gelobt Jekil mit demselben erb czu Bremendorf vnd mit dem steynbruch czu Hassicz vnd mit dem kalkoven vnd huse, daz czu dem kalkoven gehoret, czu geben. Actum die beati Urbani.

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Glatzer Rathhausarchiv.

1354, Januar 27. Avignon.

Papst Innocenz VI. bestätigt die Arnestinische Schenkung von Kostomlat an die regulirten Chorherrn in Glatz.

Innocentius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Hiis, que pro ecclesiarum et monasteriorum statu salubriter confovendo provide acta sunt, libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem. Sane petitio pro parte

venerabilis fratris nostri Arnesti Archiepiscopi Pragensis et dilectorum filiorum . . Prepositi et Conventus Monasterii Montis sancte Marie in Glacz per prepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini Pragensis diocesis nobis exhibita continebat, quod olim prefatus Archiepiscopus, qui, sicut asserunt, dictum Monasterium ad laudem et gloriam omnipotentis dei et beate Marie virginis genitricis ipsius de novo fundavit atque dotavit, attendens quod Monasterium ipsum propter paucitatem reddituum multa cogebatur incommoda sustinere, parrochialem ecclesiam in Kostomlat dicte diocesis, in qua dicti Prepositus et Conventus jus patronatus obtinebant, prout obtinent, cum omnibus juribus et pertinenciis suis de consensu dilectorum filiorum . . Decani, . . Scolastici et Capituli ecclesie Pragensis, super hoc cum eis solenni tractatu prehabito, imperpetuum annexuit et univit, prout in patentibus litteris inde confectis dictorum Archiepiscopi et Capituli sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus plenius continetur. Nos itaque ipsorum Archiepiscopi, Prepositi et Conventus supplicationibus inclinati anexionem et unionem predictas ratas et gratas habentes, eas auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem defectum, si quis forsan intervenerit in eisdem. Volumus autem, quod de ipsius parrochialis ecclesie fructibus, redditibus et proventibus congrua pro perpetuo vicario inibi instituendo portio ad diocesani arbitrium reservetur et eciam assignetur, ex qua idem vicarius possit commode sustentari, Archiepiscopalia jura solvere et alia sibi incumbentia onera supportare. Tenor vero dictarum litterarum talis est: In nomine domini amen. Nos Arnestus dei et apostolice sedis gratia sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopus ad perpetuam rei memoriam. Cura Pastoralis officii nos etc. etc., siehe Urkunde vom 21. März 1352. Schluß: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, communitionis, suppletionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione VI Kal. Februarii Pontificatus nostri anno secundo.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv, litt. A. Nr. 2b mit Bleibulle an roth-gelber Seidenschnur.

1354, Juni 17. Regensburg.

K. Karl IV. schenkt seinem Bruder Johann, Markgrafen von Mähren, das Schloß Karpenstein.

Karolus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex notum facimus universis, quod considerato multiplici dileccionis affectu, quo Illustrem Johannem Marchionem Moravie, fratrem et principem nostrum, innato favore prosequimur, sibi et heredibus ac successoribus suis Castrum Carpenstein, situm in regno nostro Boemie, nominatim et expresse cum juribus, utilitatibus et proventibus, que et quos Nobilis Tammo de Glubos, condam fidelis noster in oppido Landekce habuisse dinoscitur, cum omnibus silvis, rubetis, montibus, vallibus, planis, venacionibus, aucupacionibus, piscaturis, piscinis, molendinis, aquis et earum decursibus, censibus, redditibus, judiciis, penis, Juribus patronatus Ecclesiarum presentibus et futuris, villis constructis seu construendis, fructibus presentibus et futuris, metis, circumferenciis et graniciis et nominatim cum illis juribus, que feodotariis, nomine feodi hereditarii, circa usufructus Montanorum Auri et Argenti aut alterius minere censentur competere, et omnibus simpliciter pertinenciis suis, quibuscumque specialibus nominibus valeant appellari, sicut illud in possessione nostra tenuimus, in feodum hereditarium, ut tamen de Regni Boemie dumtaxat pertinenciis computetur, in quo et de cujus corpore consistit, animo deliberato donavimus et rite duximus ac liberaliter erogandum, decernentes tamen et Regio statuentes edicto, quod dictus frater noster et heredes et successores sui dictum Castrum et pertinencias ejus premissas in toto seu in parte aliqua racione seu causa vendere, obligare, donare, permutare seu quovis alio titulo alienare non debeant perpetuis temporibus affuturis, ymmo ipse, heredes et successores sui perpetuo dictum Castrum et ejus pertinencias, sicut expressantur superius, a nobis, heredibus et successoribus nostris, Regibus Boemie ac ab ejusdem Regni Corona in feodum hereditarium tenere debeant nobisque ad omagii, obediencie et subjeccionis debite juramentum et fidem, sicut de ceteris feodis, firmiter obligari. Presencium sub Nostre Majestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Ratispone Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Quarto, Indiccione VII, XV° Kalendas Julii, Regnorum nostrorum anno Octavo.

Orig. Perg. im mährischen ständ. Archive, Miscellanea Nr. 18. (Cod. dipl. et epist. Moraviae VIII, S. 202.)

1354, August 20. Prag.

Domino Wenceslao plebano de Lomnicz (Archidiaconatus Gradicensis), qui dixit, sibi literas confirmacionis sue super

eandem ecclesiam suam per ignis voraginem fuisse consumptas, litera invocacionis super eandem ecclesiam est data. (Könnte sich auch auf Lomnice im Dekanate Jicin beziehen!)

Libri confirmationum ad beneficia ecclesiastica Pragensem per archidioecesim. Herausgegeben von Tingl, fortgef. vom Emler 1865 f. f.; I. p. 22.

1354, September 10. Prag.

Ad presentacionem strenui militis dom. Hanussii de Ebrzpach, Laurencius clericus ad ecclesiam in Machow, per mortem Andree plebani vacantem, fuit confirmatus. Executor plebanus de Czrmney pro executore sibi deputatus.

Libr. I. confirm. p. 19.

1354, September 12. Glatz.

Ordnung des Glatzer Fleischmarktes.

Wir scheppen der stad czu Glacz, Johannes Czetirwange, Cunat Herolt, Niclas Cunewald, Heinrich von Wunschilburg, Petrus Gremil, Nickel von der Wilcz, Miczko Beme, Nickel Blyweger, Heinel Schram, Pesco Hopffel, Pesco Naldil, Welczel Beck thun kund, das der streytbare ritter herr Benesch von Chusing, vnser hewptmann, czu slichten vnd zu entscheiden mancherley krig vnd gebrechen, der lange czeith zwüschen burgern, beckenn an einem teil vnd den fleishawern von dem anderen teile hat geweret, vnd das (sie) furbas ane krig bleybin, had er nach deme gebot vnd geheiss des hochwirdigin vnsers gnedigin herren, herrn Karel, Romischen keysers, zu allen czeiten merer des reichs vnd konigs der Behmen, auch mit willen vnser eldisten vnd vnser hantwerkmeister gemacht, geordnet vnd geschicket:

1. Czu dem ersten, das im furbas mehr eyn iglicher burger der stad czu Glacz gebruet schweinen seyten, wie viel der wil an czal, wol moge machenn vnd vngehindert, weme er wil, in der stad vorkawffen, doch also, das die seyten sullen werdin gefuret zw nocz awswendig der meyle vnd zuuorzeren; wer das bricht, der gebe ye von der seyten vier groschen zu busse. Auch mag eyn iglicher burger rittern vnd knechten, die vnnsers herrn mann seyn, seiten vorkewffenn an' ware (?) inwendig der meyle zu noczem.

2. Auch hat er von keiserlichem gebot vnnd geheysse geschicket, das ckeyn burger vngesalczen fleisch noch schoppffenfleish in der stad vorkewffen (mag). Wer das bricht, der gebe von dem stucke vier groschenn, vnd das gericht sal sich des fleischs vndirwenden.

3. Auch ist von em gemacht, das keyn awswendig mann

fleisch gebrutens, vngesalczens adir schoffenvleisch hie in der stadt sal verkewffen. Wer das bricht vnd obirwunden wird, der gebe ye von der seyten vier groschenn. Aller der vorgenannten bussen sal dem richter eyn dritteil ane wedirrede gefallen. Zw gewissen vnd czu gezwgnis deses gebotes vnd geheyses ist der stad ingesegil an disen brieff gehangen mit vnser ganczen wissen, der gebin ist zw Glacz an dem nehsten freytage nach vnser frawen tag der letzet nach gotis geburt M ccc vnd in dem firden vnd funffczigsten iare.

Prov.-Arch., Glatzer Signaturprotokolle 1473—99 f. 11 u. 12, als Transsumpt einer Urkunde von 1477. (Cod. dipl. Sil. VIII, p. 43.) Bestätigt von Karl IV. Prag d. 5. April 1356 (Privilegienbuch im Rathhausarchiv zu Glatz).

1354, December 13. Glatz.

Eckart von Sulcz verkauft vor Benessius von Chusink, Hauptmann in Glatz, seinen Platz, genannt „Hofstat", in Glatz.

Nos Benessius de Chusink Capitaneus in Glacz universis et singulis presentem intuentibus volumus fore notum: Quod in nostra et fidelium domini nostri . . Regis constitutus presencia Nobilis ac strenuus Echardus nominatus de Sulcz corpore validus ac mente, non illusus nec deceptus, sed matura deliberacione previa heredumque suorum consilio et consensu precedente, de area, quod vulgariter „Hofstat" dicitur, infra castrum Glacz sita in monte, ubi nunc claustrum sancte Marie et domus fratrum Regularium Canonicorum existit de novo edificatum, se abrenunccians exuit et a semetipso alienando coram nobis voluntarie resignavit, ita tamen, quod dicta area ejusque possessores per sepedictum Echardum, heredes et successores suos, nequaquam impeti neque eciam quomodolibet impediri debeat, sed prorsus omni gaudeat libertate. In cujus vero evidenciam et noticiam clariorem sigillum nostrum cum sigillis Nobilium Echardi de Sulcz resignantis, Ticzonis de Panowicz senioris et Hanconis de Cnoblauchsdorff militum testium ad prescripta est appensum. Datum Glacz in die sancte Lucie virginis et martiris gloriose, sub anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. A. Nr. 12 f. Angehängt sind 4 Wachssiegel an Pergamentstreifen: a) Siegel des Benessius von Chusink: Helm mit schräg darüber liegender dreisprossiger Leiter? b) S. d. Eckart von Sulz: ein schreitender Hirsch; c) S. d. Pannwitz: Helm mit Büffelhörnern; d) der Knoblauchsdorff'sche Bindenschild.

1355. Glatz.

Der marke czinses eyne, dy Cunczil Blyweger hat uf Hennil Scrammen erbe uf dem anger, hat er also geschicket, daz diselbe mark sal auch sin siner husvrowen Annen czu irim libe, ab si yn ubirlebt. Noch ir beydir tode sal Hannus Scramme odir sin erben, ab sy dy mark nicht vf andir erbe koufen, noch der schepphen rate acht mark gereites geldes uor dy scheppen legen. Des geldes sal man vir mark geben, daz man dorvm koufe czu der pfarre cins czu wandilkerzen vnd dem spital czw mark, denn usseczigen ouch czw mark cinse.

Wenczlaw vom Zaharcz der beme hat gekouft ... dry ruten erbes widir Cunczil Huter kegen dem roten berge.

Dy scheppen haben mit rote der eldesten vnd ouch der hantwerkmeister uorkouft ... Hanusen dem hirten den garten by Petirz der cruceger houemans garten.

Heine Kasmer quam in eyn geheget dink vnd gab siner husvrowen Margarethen, Sidilz tochter von der Stynow, eyn dritteil in alles sin gut.

Katherina Heynrichin von der Heyde quam uor eyn geheget dink mit Micheln irem sune vnd berichten ir sachen vndir eynandir.

Ulrich uon Wolvilsdorf quam uor eyn geheget dink vnd gab siner husvrowen Kunegunden sinen hof in der frankinbergisschen gassen.

Lybuchtz, dy Jacobin von Cunczendorf, hat uorkouft vnd ouch Jacob ir sun den hof an dem kirchoue.

Dy vrowe Aluscha, Nyclasin von der Wartha, mit iren kindern vnd Hennil Schuler yrem eydem reychten Elsen ir tochter den hof, der Niclaz von der Wartha waz.

Nickilas Mulsteyn hat dry vyrdunge cinses alle iar vf Cunat voytes von Arnoldisdorf hube, dy Petir Scheflers ist gewest. Feria V post Letare.

Niclas Mulsteyn hat gekouft ... eyn vyrdunk cinses vf Nykil Scheflerz hus in der phaffendorfer gasse.

Hanko Heynucz von Wunschilburg quam in eyn geheget dink vnd gab siner elichen husvrowen Annen sechs vnde dryssik schok uf sinen halbteyl dez gutes czu Stynewicz czu irim libe. Feria III ante dominicam Judica proxima.

Mertin beme von der Wysen hat gekouft ... eyn achteyl in das erb czu Stynewicz wydir Hanken Heynuchz von Wunschilburk.

1355. Glatz.

Infrascripta sunt acta temporibus juratorum Cunadi de Woluilsdorf, Menczlini Lywesten, Nycolai Molaris, Peczkonis Woluerami, Johannis Burkhardi, Hermanni Czchetirwangen, Nicolai Nachodter, Peczkonis de Wartha, Henlini Braxatoris, Hanconis de Byskowicz, Nycolai Institoris, Henlini Wogenkythel electorum in die sancti Georgii.

Hannus Eckil der erbvoyt czu der czit vnd ouch wir haben uor recht entscheyden, daz Jekil Dytmar vnd Cunil Jenlin sullen dy want, dy czwisschen in ist, mit eynandir halden vnd den czun in dem garten noch alder gewonheit mit eynandir halden.

Menczil Lywesten hat gekouft eyne brotbank ym vnd sinen eldern czu eym rechten zelgerethe. Sine zone sullen y czu der quatemper wunf groze nemen vnd vm vir groze koufen zemeln, byr odir waz czu der czit czitlich ist; der zemeln sullen si czw den usseczigen geben, daz andir in daz spital den sichen, iczlichem sin teyl in sinne hant, den vunften grozen halb husarmen vnd mit eym halben zelmessen vromen; auch sal Menczilz steynhus an dem ringe ledik vnd vrey sin von den vunf loten cinses.

Hanco, Friczen voytes sun, quam in eyn geheget dink vnd gap vnd schikte siner swester Katherin an schult uf sinen erbteil czu Vroudenow czehen mark vnd sal von dem andirn teil geben gelt, daz man dorvm koufen sal dry virdung cinses, der pharre eyn, dem spital eyn, den munchen eyn.

Peczko von der Warthe quam in eyn geheget dink vnd gap siner husvrowen Christin ein drytteil in alles sin gut noch sime tode czu irim libe.

Nyckil Clugeshoupt hat gekouft ... czw vnd czwenczik ruten erbes wydir Jekil Wolueram by dem roten berge.

Otto von der Trybow hat gekouft czw mark cinses alle iar ym czu tun vnd czu lasen widir dy vrowe Rochna von Rednicz uf ir erb czu Vrodenow.

Jocob der groze quam in eyn geheget dink gesundes lybes vnd gap do Henniln sime zune sinen halben hof by dem kirchhoue, der Jacobes ist gewest von Cunczendorf.

Hennil Smalczthassche hat gekouft eyn virdung cinses alle iar vf Peczken Polsils hof in der fleizhauer gassen.

Cunczil Gurteler, Melnik genant, hat gekouft recht vnd redelich daz hus, daz Nyckil Fuckirs ist gewest vnd zuvor Nyclaz von Cunczindorf.

Katherina, Peczen Valditz husvrowe, hat gekouft eyn mark cinses alle iar Agneten ir tochter uf Peczen hus von

der Wart an dem ringe an der ecke kegen Nickil von Prunow.

Aelteſtes Stadtbuch von Glatz.

1355. Glatz.

Peczko Wolveram hat gekouft eyne mark cinses alle Jar uf den halben Hof, der Jacobes von Cunczindorf ist gewest, ... vnd sullen dy geben den Barfusen brudirn czu oppherwyne.

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Rathhausarchive zu Glatz.

1355, October 9. Prag.

Karl IV. erneuert als Kaiſer die Incorporation von Schleſien, des Glatzer Landes und der Oberlauſitz mit der Krone Böhmen. Urkunde beinahe wörtlich übereinſtimmend mit der denſelben Gegenſtand betreffenden vom 7. April 1348.

Orig. im Staatsarchive zu Wien (Grünhagen u. Markgraf, Lehns- u. Beſitzurkunden Schleſiens, Leipzig 1881, I. p. 12).

1355, November 29. Prag.

Nicolaus presbiter, quondam plebanus in Nokhardivilla? (r. Eckhardivilla) ad presentacionem strenui militis dom. Ottocari de Sluwos? (Glubos) ad ecclesiam in Langnow per commutacionem Johannis plebani ibidem factam vacantem, et Johannes plebanus quondam in Langnaw ad presentacionem strenui dom. Hartungi de Nymans ad ecclesiam in Nechardivilla? (Eckhardivilla) per commutacionem cum Nicolao plebano vacantem, fuit et fuerunt confirmati, plebanis de Welfistorph et Johanne de Waltherivilla pro executoribus eis deputatis.

Lib. confirmationum I, 1, p. 20.

1356.

Margaretha, Tochter des Hans v. Piſchkowitz, erwähnt im älteſten Stadtbuche von Glatz.

1356, Januar 13. Prag.

Ad presentacionem dom. Henrici de Wiltperk, Martinus presbiter Tymonis de Rachnow Wratislav. dioc. ad ecclesiam in Eberhardisdorf per mortem Conradi plebani vacantem est confirmatus. Executor plebanus de Neunrod.

Liber I confirm. p. 24.

1356. Glatz.

Jurati: Mirislaus, Nycolaus Lyweste, Mathias Zuntag, Nycolaus Nunler, Tylo Magnus, Henlinus Smalczthassche, Nycolaus Clugeshoupt, Henlinus Hildeger, Nycolaus Melink, Blahut Boemus, electi proxima dominica ante ascensionem Domini.

Katherin Struczelin von der Nyse hat gekouft eyn phfrunde czu ire libe vm neun mark in daz Spital czu Glacz; .. dy vrowe sal siczen czu dez meisters schussil vnd wenn dy vrowe an irem leczten ende ist, zo mac sy mit yrem gewande tun vnd lasen, abir ir bettegewant sal bey dem spital blyben.

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Glatzer Rathhausarchiv.

1356, September 13.

Kaiſer Karl beſtätigt das Gericht zu Wernersdorf den Gebrüdern Conrad, Belekehn und Otto von Glubos mit allen Rechten und Zugehörungen. In dieſem Briefe werden die Gebrüder von allen Gaben und aller Zahlungsbeſchwer, ſowie von aller Beſchwer der Contribution befreit. Dieſe Beſtätigung bezieht ſich auf eine Verbriefung des Königs Johann. (Der Obergerichte und Jagd iſt nicht gedacht.)

Extracte der Lehen von 1613, Nr. 9, Fol. 53 (Glatzer Steueramt).

1357. Prag.

Erzbiſchof Arneſtus ertheilt dem Propſte der Auguſtiner zu Glatz die Vollmacht, von Reſervatfällen, Cenſuren u. ſ. w. loszuſprechen.

In nomine domini, amen. Arnestus, dei et apostolice sedis gracia sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopus omnibus in perpetuum. Versuti hostis astucia mille nocendi modos inveniens nonnunquam eciam inter deodicatos Religiosos sacre professionis viros suorum genimina Zyzaniorum seminare non desinit, ut sic sua calliditate tortuosa divinis mancipatos obsequiis vitam frequentantes communem in sedicionem susscitatos ad contenciosam nedum verbalem sed et realem interdum dissenciendi materiam irritet et inpellat. Propterquod humane fragilitati compacientes non indigne, ne pro dilacione sacratissime peccaminum indulgencie periculum animarum inmineat, contra morbum hujusmodi contagiosum nova, quantum ab alto nobis concessum fuerit, convenienter antidota preparamus ut, quod in humanis nequit sua virtute subsistere, divino feliciter munere restauretur. Sane ad decus et gloriam dei omnipotentis ac ipsius genitricis intemerate, in cujus honore Ecclesia Canonicorum Regularium in Glacz est fundata, pie considerantes, quod in dicti Monasterii conventu non tantum sancta conversacione regularis viget observancia salutaris, sed eciam cottidyano personarum augmento

cultus divini numinis pullulando mirifice continuum in domino recipit incrementum; ad exaltacionem igitur domus sive Monasterii prenarrati, ad quam devocione ducimur singulari, attento, quod inter personas communem insimul habitacionem continuam, satore malorum operum instigante, prout inter quosdam alios vitam communem ducentes, ipsius humani generis hoste invido suggerente, experiencia docti evenisse cognovimus controversie, strepitus et anfractus aliquando posse contingere, verisimiliter formidamus, ne si quid, quod absit, de predictis aut ipsorum aliquo per aliquem seu aliquos de Regularibus dicti conventus Canonicis attemptatum fuerit seu presumptum, per id ipsi vel ipsis occasione absolucionis vel dispensacionis a nobis seu nostris successoribus petende extra Monasterium divagandi prebeatur materia, preposito Monasterii supradicti, qui est aut pro tempore fuerit, omnem auctoritatem sive potestatem et jurisdictionem Episcopalem vel quasi que nobis a jure quovismodo vel causa, racione jurisdictionis Archiepiscopalis competunt seu attributa fore noscuntur, in dispensacionibus seu absolucionibus minorum, mediocrum et maiorum casuum faciendis, quoad Canonicos Regulares dicti sui conventus et conversos ipsius Monasterii, necnon priori dicti conventus, qui est et pro tempore fuerit, quoad ipsum prepositum, si ipsum seu ipsos aliquomodo in premissis aut ipsorum aliquo, quod absit, exorbitare verbo vel facto contigerit, ligandi, excommunicandi, suspendendi, interdicendi et personaliter constringendi, ymo si opus fuerit, incarcerandi, dispensandi eciam super irregularitatibus pridem contractis vel contrahendis in posterum necnon absolvendi a peccatis quibuslibet ac ab excommunicationum, suspensionum et interdicti sententiis ab ipsis preposito seu priore vel a jure dumtaxat prolatis in premissis quoque omnibus et singulis ac ab ipsis tenore presencium valituras et duraturas, donec eas revocandas duxerimus, impartimur, attribuimus, concedimus et donamus plenam et omnimodam auctoritatem, potestatem et jurisdictionem tam fori contenciosi quam personalis beneficio hujus privilegii, speciali nullo prorsus casu nobis aut successoribus nostris Pragensibus Archiepiscopis in premissis aut circa ipsa quoad Religiosos dicti Monasterii specialiter reservato. Ceterum addicimus et presentibus protestamur, quod premissis non obstantibus nobis et successoribus nostris auctoritas ordinaria circa personas Monasterii supradicti in predictis omnibus et singulis ac circa ipsa salva per omnia remaneat et consistat. Nos enim per premissa seu premissorum aliquod dicte potestati nostre

ordinarie derogari nolumus seu preiudicium aliquod generari, decernentes nichilominus et statuentes expresse quod, quociens opportunum fuerit, nos et successores nostri contra prepositum, Canonicos et Conversos supradictos per ecclesiasticam possimus censuram procedere, iurisdictionem quoque nostram plectendo simul et ignoscendo, prout suadebit racio, in eos et in eorum quemlibet, quemadmodum si gracie seu indulgencie cessarent predicte, libere exercere, quodque prefati: prepositus, Canonici et conversi et eorum quilibet, qui sunt et pro tempore fuerint, nedum per appellacionem sed eciam per simplicem querelam, quocienscunque et quandocunque necessitatis casus exegerit, nos et successores nostros adire valeant decreto presenti validandum duximus et firmamus; sed et dispensaciones, absoluciones et processus quoscunque per prepositum seu priorem suprascriptos presumptos de facto minus legitime seu alias aliter quam iura permittunt et statuunt attemptatos harum serie litterarum irritamus, vacuamus et penitus anullamus ac per nos et successores nostros decernimus vacuos, nullos, inanes et irritos declarandos. Dispensantem insuper, absolventem seu processus minus rite seu canonice, ut premittitur, facientem pro tante temeritatis audacia, veritate detecta, statuimus per nos et successores nostros pena debita castigandum. Nos enim de omnipotentis dei clemencia simul et auctoritate tradita nobis a Jure communi confisi concessionem, donacionem et indulgenciam huiusmodi, quousque ipsas, ut premittitur, revocandas duxerimus, cuiuslibet contradictione cessante, tenere decernimus et valere. Si quis autem contra predicta aut ipsorum aliquod quidquam presumpserit seu ipsorum aut alterius ex ipsis in toto vel in parte temerarius violator extiterit, dei misericordis et beatorum Viti, Wenceslai et Adalberti martirum indignacionem se noverit incursurum. In quorum omnium testimonium et robur perpetuum sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Actum et datum Prage Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo VII, die .....

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. A, Nr. 2e. Am Pergamentstreifen hängt noch der untere Theil des zerbrochenen großen Bischofssiegels mit Rücksiegel (Christus und Magdalena).

1357. Glatz.

Gunther Bruer kauft den Antheil am Vorwerk Broudenow des Hanke, „Fritzen voytens" Sohn. — Hans von Landishut kauft den Hof, den vordem Herr Hermann v. Rednicz besaß. — Erwähnung von Voytesdorf. — Ulrich v. Wolfelsdorf verkauft sein Haus in der

Frankenberger Gasse. — Cunrat von Wolfilsdorf (der Besitz in Glatz hat) ernennt zu Vormündern seiner Kinder seine Frau Else und seinen ältesten Sohn Nicolaus.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz.

1357. Glatz.

Dytrich, koufman von Hawilswerd, vnd Hille sine husvrowe han gekouft . . . eyn phfrunde czu ir beider libe vm funczen mark of daz spital czu Glacz; . . . . sy sullen siczen vnd essen czu des meisters schussil vnd ab ir eyne in dem spital nicht bliben welde, dem sal man geben eyn mark ..... Actum die beati Fabiani.

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Rathhausarchive zu Glatz.

1357, Juni 30. Prag.

Nicolaus ad presentacionem Hartungi de Nymans ad ecclesiam in Ziffridi villa, et Nicolaus ad presentacionem hon. et rel. fratris Przedborii, abbatis monasterii Brewnovien. ordinis S. Benedicti, ad ecclesiam in Hermannivilla, per commutacionem inter ipsos factam fuerunt translati. Nicolaum primum plebanus in Wyssmburgaw, et secundum Nicolaum plebanus in Pertoldivilla inducent.

Lib. I. confirm. p. 27.

1358, April 21. Glatz.

Hartung von Nymancz überweist den Minoriten zu Glatz 8 Schillinge Groschen jährl. Zinses auf 16 Ruthen in Eckersdorf.

In dei nomine, Amen. Quoniam quiuis non immerito sapientum numero adunari decernitur, qui presentis vite cursu futuram preconcipit, et ex prehabita racione cultum divinum in terris accumulat, ut eterne beatitudinis et glorie mercedem pertingat, proinde nos Benessius de Chusnik, loco Regie Majestatis Capitaneus in Glacz, vigore presencium universis publice profitemur, quod in nostri . . et fidelium domini nostri . . Regis testium subscriptorum corporali presencia constitutus strennuus miles dominus Hartungus de Nymandis, sanus mente et corpore, non conpulsus nec deceptus, sed animo deliberato necnon de amicorum suorum consilio et consensu, octo solidos grossorum denariorum Pragensium veri et annui census in et super sedecim virgis in villa Eckardisdorff Glaczensis confinii et districtus situatis, in quibus Nycolaus Waltheri Rosticus residet, quas quidem sedecim virgas idem dominus Hartungus cum ceteris bonis a Johanne de Maltwitz pie recordationis transactis temporibus

sibi suisque successoribus rite comparaverat, hereditarie possidendas Honorabilibus viris dominis, Nycolao Gardiano totique conuentui fratrum Minorum ordinis sancti Francisci domus in Glacz ob animarum sui, consortis sue Cunigundis necnon progenitorum et successorum suorum salutem duraturam in testamentum sempiternum dedit, contulit et tribuit et nostris manibus libere et perpetue resignauit per ipsos fratres et successores ipsorum tollendos annis singulis in festo beati Michaelis quatuor solidos et in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum totidem tenendos, habendos, necnon perpetue pacifice et quiete possidendos et in usum amictus et pro vestitu fratrum, qui pro tempore fuerint, prefatos octo sollidos specialiter sine diminucione conuertendos, saltem tamen quod iidem fratres tam presentes quam et posteri unam missam in altari, quod predictus dominus Hartungus in ecclesia Claustri prenotati erexit et struxit in hohorem dei omnipotentis, in memoriam et solamen animarum pretactarum tam vivorum quam et mortuorum, cottidie et singulis diebus celebrare tenentur et debent perpetue et in ewum. Nos igitur hujusmodi donacionem et testamenti ordinacionem gratam et ratam favorabiliter acceptantes prenotatos octo sollidos grossorum denariorum Pragensium veri annui et perpetui census in villa Eckardisdorff memorata super sedecim virgis ibidem prerecolitis dominis Nycolao Gardiano totique Conuentui fratrum minorum domus in Glacz in omnibus clausulis, punctis, ut premittitur, Regia auctoritate in hac parte nobis concessa damus, conferimus, concedimus presentibus et donamus, Presentibus Nobilibus Hancone de Cnoblauchsdorf, Ottone de Glubocz seniore, Ottakaro de Glubocz et Ottone Ratoldi prescriptis testibus ad premissa harum testimonio litterarum. Sigilla testium una cum Sigillo nostro presentibus sunt appensa. Datum et actum Glacz Sabbato ante Dominicam, qua cantatur Jubilate, Anno incarnationis dominice Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo octavo.

Original im Staatsarchive zu Breslau (Glatz, Minor. 15). An Pergamentstreifen die 5 Siegel der Aussteller. Auf der Plicatur: Nota quod predictus dominus Hartungus in promtu dedit octo sexagenas, super quibus empta fuit una marca singulis annis tollenda in Stynavia inferiori super hereditatem, quam habebat Martinus Bohemus et sic habemus ab eodem domino Hartungo singulis annis terciam mediam? marcam.

1358, Mai 26. Prag.

Henricus ad presentacionem strenuorum militum Hanconis de Knoblauchstorff et Hartungi de Nymans et Tyczsconis de

Ceczwicz ad ecclesiam in Gebhardivilla, et Johannes ad presentacionem Hermanni dicti Czynbus de Heningivilla, Ottonis de Glaubus de Mittelvald et Michaelis de Stonczo? (Stercza) ad ecclesiam in Heningivilla per commutacionem inter ipsos factam fuerunt translati; Henricum plebanus de Gebhartstorff et Johannem decanus Glacensis inducet.

Liber I. confirmationum p. 30.

1358, October 4. Glatz.

Hans Schneider vermacht seinen Garten unter dem Wenzelsberge seinen Freunden gegen einen jährlichen Zins an das Spital.

Offembar sye allin, dy desen kegenwortigen briff ansehen vnd horen lesin, daz uor eyn gehegit dink, do alle sachin craft haben, quam der erbere man meistir Henczil Snyder, gesundis libes mit wolbedochtem mute, mit willen der vrouwen Gerdrude, synir elichin husvrouwe, vnd hat eyginlichen bedacht, wenne dy lute von dysim leben scheydin, nicht vindin es ensy von in vorgesaut?, dorumme hat her geschickit sinen garten vndir Sente Wenczlays berge mit gebude, alz her ist gelegin mit varndir hawe, czu eyme rechten selegerethe synen vrunden, dy yczunt dyrinne wonyn; ab dyselben Henrich vnd Gerdrud sine husvrouve ubirleben, so sullen sy an allen dingen, dy sy czu der czeit in gebude adir gartin vindin, vngehindirt syn vnd uor allen luten, dye recht von mageschaft do czu walden hawen, mit gemache bliwen. Von demeselben garten sollen dyselben odir weme der blibet, alle jar in der Quatemper czu sente Michelis tag gebin vier grose prager phenninge czu deme spital. Vmme dy vier grose sal man semeln kouffin vnd icklichem citiken sichen syn teil in syne hant gebin. Wer abir, daz di iczunt dyrine syn, abesturwen, ye wenne Meistir Henrich vnnd syn husvrouwe, weme sy denne dysen briff antworten vnnd gleubin, der sal alle gewalt vnnd macht haben glicher weys vnnd mase, als dye iczunt dyrine wonen vnnd awch vngehindirt bliben.

Dysir sache sint geczuk dy vromen erbern lute Mertin Geuman, Libing, Hannus von der Landishute, Herman Rusold, Jacobus Wolueram, Jekil Czeterwange, Walther Somir, Fricze Melink, Andreas Kocze. Czu sichirheit vnd gewissin diser schickunge ist der stat Glacz gesigil mit vnsir guten gewissin an disin briff gehangen, der gegebin ist uf deme Rathuse zu Glacz an sente Franciscen tage noch vnsers herren Jesu Christi geburt driczenhundert Jar in deme achten vnd vunifczigsten Jare.

Orig. Perg. sub litt. L. Nr. 11 b mit dem an einem Pergamentstreifen hangenden großen Wachssiegel der Stadt Glatz (Rechtsgewendeter doppeltgeschwänzter Löwe).

1359. Glatz.

Schöppen: Conrad von Wolwilsdorf, Johann Eckel, Nicol Molaris, Peczco Gremel, Herman Czetirwange, Johann Burkhardt, Niczko Bohem, Henlin Schramm, Johann Sontak, Jacob von Bruna, Peczko Naldil. — Molsteins Tochter Margaretha verheirathet an Seidel von Gebhartsdorf. Dessen Bruder ist Apez von Echarddorf. — Katharina, Wittwe des Otto von der Trybow, kauft 2 Mark Jahreszins auf der Frau Rochnau, Wittwe Herrmanns von Redenycz, Erbe zu Breudenau. — Erwähnung der Töpfergasse und der Hutergasse.

Nach dem im Staatsarchive zu Breslau befindlichen Extrakt aus dem ältesten Glatzer Stadtbuche.

1359, September 23. Prag.

Ad presentacionem Tamonis, Nicolai et Martini fratrum de Rochnaw ad ecclesiam in Slegilstorf per mortem Petri plebani vacantem, Friczko Nicolai de Ekhartstorf clericus Prag. dioc. fuit confirmatus. Executor plebanus de Ekhartsdorf.

Lib. conf. I. pag. 101.

1359, October 7. Frankenstein.

Vor Dyrizlaus von Cravar, Königl. Hauptmann zu Frankenstein, verkauft der ehrsame und mannhaftige Peschke Hernick von Gerhardsdorff (Giersdorf) den Schöppen und Rathmannen zu Frankenstein und Glatz sowie den ganzen Gemeinden daselbst einen Weg zu einer offenen und Königlichen Straße für Fußgänger, Reiter und Fuhrleute für eine gewisse Summe, die er bereits erhalten. Diese Straße soll beginnen im alten Steige bei Wartha über dem Neißwasser und gehen bis an den Viehweg aus Glatz. Die Straße soll 3 Ruthen, jede zu 15 Ellen breit sein. Wald und Gesträuch an beiden Seiten des Weges soll ausgerodet und zum Straßenbau verwandt werden. Zeugen: Hanco von Knoblauchsdorf, Heimann von Reichenpach, Reynczco Schoff, Kunrad von Berkowitz der Ritter und Niclas von Bankow?, Heinrich Wusthube und Hans Hannes der Schreiber. Gegeben zu Frankenstein am Tage St. Marci des Papsts in dem neun und fünfzigsten Jahre nach tausend und dreyhundert Jahren.

Privilegienbuch Nr. 1, Glatzer Rathhausarchiv, S. 103. — cf. Sommersberg, Script. rer. Sil. I. p. 165.

1359, November 28. Prag.

Nicolaus presbyter de Budina est nobis per strenuum militem dom. Hanussium dictum de Albrechspach, ad ecclesiam in Czermna per mortem Raczkonis plebani ibidem vacantem praesent., per dom. Archiepisc. institutus. Executor plebanus de Hronow.

Lib. I. confirm. p. 109.

1360.

Tod des Hans v. Maltitz, Besitzers des Gutes zu Birkovicz. (Lib. proscriptorum Glac.) Seine Gemahlin war Enede v. Czeschau.

2. Haugwitz'sches Stamm- und Linienbuch S. 7.

1360. Glatz.

Glatzer Schöppen: Heinrich Rupert, Ulmann von Rengersdorf, Martin Geuman, Matthias Sontag, Nicol de Wilcz, Henlin Woginkettel, Pesco Zouschener, Friczko Schoenwälder, Tylo Institor, Hermann Steiner, Nicolaus Czeterwange, Wenczeslaus filius Myczkonis. — Agnete, Nickil Cunewalds Wittwe, giebt ihr Haus in der Pfaffenberger Gasse zu einem rechten Seelgerethe neun Schwestern. — Clara, Walthers Wittwe von Reinharcz, schenkt den vorgenannten Schwestern im Seelenhause einen jährlichen Zins von 6 Groschen. — Hermann Czeterwang kauft 9 Ruthen Erbes zu Hassitz. — Pecz von Ysynrichsdorf — Hans, Schultheiß von Bertoldisdorf.

Nach einem im Staatsarchive zu Breslau befindlichen Auszuge des ältesten Glatzer Stadtbuches.

1360, Juni 18. Glatz.

Konrad, Johannes, Thammo und Nicolaus, Gebrüder von Czeschwitz, verkaufen einen Wald bei Gabersdorf an Wolfhard von Czedlicz.

In nomine domini amen. Quoniam inter contrahentes, ut sepius, oblivio, que erroris mater est, seminatur, si contrahencium vota et dicta scripturarum serie non solidantur, proinde ego Johannes de Cnoblauchsdorff substitutus judex ad causam infrascriptam notum facio tenore presencium universis, quod in mei et fidelium domini mei testium subscriptorum corporali presencia ac intuicione constituti nobiles Cunadus miles, Johannes, Thammo et Nycolaus fratres agnominati de Czeschwicz sani mente et corpore, nulla omnimode dolositate preventi, sed discreta deliberacione previa maturoque amicorum ipsorum consilio nominatim matris eorum Margarethe et sororum Elizabeth, Katherine et Margarethe plenario atque voluntario cum consensu, silvam unam jacentem

propre inferiorem partem ville Gebhardisdorff et versus superiorem partem ville Moldorff cum universis et singulis juribus, dominiis, utilitatibus, lignis, virgultis, graminibus et universum ipsius silve continens et contentum nichilominus cum pertinenciis et appendiis, prout eadem silva in suis vadis, metis et greniciis ab aliis adiacentibus bonis circumferencialiter est distincta, sicuti predicti fratres et eorum progenitor ipsam habuit, nichil penitus juris excludendo, strennuo et famoso viro Wolfhardo de Czedelicz, pro tunc loco regie culminis capitaneus in Glacz, heredibus et successoribus suis legittimis, pro sedecim cum dimidia sexagenis grossorum denariorum Pragensium numerate, expagate et solute pecunie rite et racionabiliter vendiderunt et predictam silvam predeclarati omnes in bannito judicio in manibus meis tamquam unius capitanei ad ipsam presentem solum causam substituti unanimiter consenciendo benivole resignarunt per prememoratum Wolfhardum, heredes et successores suos legittimos, ipsam prenotatam silvam tenendam, habendam, vendendam, legandam, dandam, permutandam, exsecandam, exstirpandam, in agros converterdam necnon in usus suos meliori quo potuerit modo exponendam pro sue voluntatis arbitrio nichilominus hereditarie, ad faciendam et dimittendam pacifice et quiete, possidendam contradiccionibus, impedimentis, obstaculis et aliis quibusvis eventibus contrariis omnimode postergatis, presentibus nobilibus Ottone de Glubocz, seniore pro tunc dicto, Gunthero de Stercza, Jerkone de Muschin, Ottone de Glubocz, nunccupato de Snellinsteyn militibus; Ottone Ratoldi et Heynrico de Beringin testibus et nuncciis specialibus supra predictis ex judicio bannito. In cujus rei evidenciam et noticiam ampliorem presentes litteras fieri permisi et sigillorum mei tamquam capitanei et judicis substituti in hoc negocio et testium prescriptorum feci communiri. Datum et actum Glacz quinta feria post festum sancti Viti proxima sub anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo sexagesimo.

Orig. Perg. im Staatsarchive zu Breslau (Minor. Glatz 16). An Pergamentstreifen anhängend 7 wohlerhaltene Siegel der Zeugen und des Ausstellers.

1360.

Die Wollenweber zu „Newenrod" erhalten von Jaroslaus von Donyn und seinen Brüdern, Erbherrn daselbst, gewisse Satzungen und Artikel.

Vermerk Köglers nach dem im Rathhausarchive zu Neurode befindlichen Originale.

1360, Januar 23. Prag.

Karl IV. verleiht dem Heinrich Schneider, Bürger von Glatz, das Recht, über seine Güter frei zu verfügen.

Glafey. Anecdotorum S. R. J. historiam ac jus publicum illustrantium collectio. Dresd. et Lips. 1734, p. 10.

1360, Februar 4. Prag.

Kaiser Karl IV. belehnt den Jaroslaus von Donyn und seine Brüder mit den Neuroder Gütern, welche sie von Hanko, genannt Wüstehub, käuflich erworben haben.

Karolus Quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex notum facimus tenore presencium uniuersis, quod accedens ad nostre majestatis presenciam nobilis Jeroslaus de Donyn fidelis noster dilectus, supplicans nobis humiliter et instanter, quatenus sibi ac suis fratribus, uidelicet Bernhardo, Ottoni, Heinrico et Wenceslao, quedam certa bona, utpote Oppidum Newenrode ac curiam et molendinum ibidem cum alio molendino situato in uilla Walditz necnon quinque villas uidelicet: Volprechtsdorf, Hugisdorf, Cunczendorf, Ludweigsdorf et Kunigswalde, cum eorum et earum pertinenciis uniuersis, que condam ab Hancone dicto Wustehub, fideli nostro dilecto, dudum retroactis temporibus pro certa sua pecunia emisse et comparasse noscuntur et que a nobis, ut a Rege Boemie, dependent in pheudum, de innata nobis benignitatis clemencia in pheudum concedere graciosius dignaremur, Nos uero attendentes dicti Jeroslay supplicacionem racionabilem existere aduertentesque plurima grata seruicia, que idem Jaroslaus et fratres sui predicti nobis multa sedulitate exhibuerunt actenus et aucto fidelitatis amore exhibere tenebuntur et poterunt feruentius in futurum, animo deliberato, non per errorem aut improuide, sed maturo principum, Baronum et procerum nostrorum communicato consilio ac de certa nostra sciencia autoritate Regia Boemie Jeroslao et fratribus suis predictis, nec non heredibus et successoribus ipsorum legitimis, omnia ac singula bona supradicta cum ipsorum pertinenciis, utilitatibus et appendiis uniuersis, prout a nobis ut a Rege Boemie dependent, in pheudum, exclusis tamen et exceptis quinque sculteciis dictarum quinque uillarum, quas ipsis non concedimus et que ad nos, heredes et successores nostros Boemie Reges ad plenum et absolute pertinere noscuntur, in pheudum conferimus, receptis a dicto Jeroslao, suo et fratrum suorum nomine, debite fidelitatis et homagii solitis juramentis cum onere seruitutis unius dextrarii, cum

quo nobis, heredibus et successoribus nostris Boemie Regibus Jeroslaus ipse et fratres sui prefati nec non heredes et successores eorum seruire, dum et quocies opportunum seu necessarium exstiterit ipsique desuper requisiti fuerint, tenebuntur contradictione qualibet non obstante; decernentes, quod Jeroslaus et fratres sui predicti nec non heredes et successores eorum bona suprascripta cum omnibus suis utilitatibus, pertinenciis, appendiis et prouentibus uniuersis, prout annotatur superius, uero et justo pheudi tytulo tenere, habere ac eciam hereditarie et pacifice debeant possidere. Presencium sub imperialis nostre Majestatis sigillo testimonio litterarum datum Prage anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo, Indict. XIII, 4to Idus Februarii, Regnorum nostrorum Anno quarto decimo, Imperii uero quinto.

Per Dominum Minden. Heinricus Australis.

Orig. Perg. im Kögler'schen Archiv zu Ullersdorf. Siegel fehlt.

1360, August 21. Prag.

Honorab. dom. Jacobus de Cunczendorf, canonicus ecclesie Glogoviensis, ad presentacionem venerab. dom. Theodrici episcopi Mindensis, ex auctoritate per dom. Imperatorem sibi in hac parte concessa, ad ecclesiam in Hawelswerde vacantem per mortem Johannis plebani, fuit institutus, fueruntque sibi decanus Glacensis et plebanus in Ulrichstorf, ambo in solidum aut unus, qui super hoc fuisset requisitus, pro executoribos deputati.

Liber I. confirm. p. 128.

1360, October 19. Prag.

Conradus Hanconis de Knoblauchstorf presb. Prag. diocesis, ad presentacionem strenui militis dom. Hanconis predicti et Zyffridi fratris sui de Knoblauchstorf, ad ecclesiam in Ulricivilla, per mortem Johannis plebani vacantem, fuit institutus. Executor plebanus de Cunczendorf.

Lib. I. confirm. p. 132.

1360, October 26. Prag.

Johannes presbiter ad presentacionem Jerkonis de Moschin et Rudgeri de Sterczin, ad ecclesiam in Arnoldivilla per mortem Johannis plebani vacantem, fuit institutus, sibique decanus Glacensis pro exec. deputatus.

Johannes clericus de Glacz ad presentacionem dom. Henrici de Bergm?, (Beringen) ad ecclesiam in Kunigshan

per mortem Nicolai vacantem fuit institutus. Executor fuit plebanus de Hennigstorf.
Liber I. confirm. p. 133.

1360, October 29. Prag.

Nicolaus Derstorf ad presentacionem Hartungi de Nimandis ad ecclesiam in Sifridivilla, per mortem Johannis vacantem, fuit institutus. Executor plebanus in Wunselburk.

Nicolaus Beruici ad presentacionem dom. Ottonis de Glubos, ad ecclesiam in Rosenthal per mortem Petri vacantem, fuit institutus. Exec. sibi plebanus in Langnow.

Eodem die Nicolaus Gundrami ad presentacionem domini Ottonis de Glubocz ad ecclesiam in Schonwald (Schönfeld) per mortem Nicolai plebani vacantem fuit institutus. Executor plebanus de Ebrstorf.
Lib. conf. I. S. 133.

1360, October 30. Prag.

Johannes Siffridi Prag. dioc. clericus ad presentacionem dom. Ottonis de Glubocz fuit ad ecclesiam in Sweidlersdorf, per mortem Erhardi plebani vacantem, institutus. Executor plebanus in Wilhelmstorf.

Eodem die ad presentacionem Johannis de Cnoblaustorf et Conradi de Czechwicz, Nicolaus presb. Prag. diocesis fuit ad ecclesiam in Gebhardsdorf, per mortem Henrici ultimi plebani vacantem, institutus. Executor fuit plebanus in Piscouicz.

Item eodem die frater Waltherus ordinis hospitalis s. Johannis Jerosolimitani ad presentacionem venerab. fratris Galli ejusdem ordinis prioris in ecclesia in Glacz, per mortem fratris Jacobi rectoris ejus vacante, investitus, sibique decanus Glacensis pro executore deputatus.
Lib. I. confirm. p. 133 u. 134.

1360, October 31. Prag.

Dom. Henricus presb. ad presentacionem dom. Tamonis cum fratribus de Panowicz, in ecclesia in Reinharcz, vacante per mortem Bartholomei plebani, fuit institutus. Executor plebanus in Sweidlerstorf.
Liber I. confirm. p. 134.

1360, November 2. Prag.

Henricus de Novoforo clericus Wratislav. dioc. de licencia sui episcopi ad presentacionem dom. episcopi Mindensis,

vice et nomine dom. Imperatoris ut regis Boemie ad ecclesiam in Landek, per mortem ipsius rectoris vacantem, fuit institutus. Pro exec. decanus Glacensis deputatus.
Lib. I. confirm. p. 134.

1360, November 7. Prag.

Dom. Johannes de Brunow ad altare in ecclesia in inferiori Stinavia, ad presentacionem dom. Hartungi de Nimandis per resignacionem Johannis vacans, fuit institutus. Executor plebanus de Stinavia superiori.
Lib. I. confirm. p. 135.

1360, November 9. Prag.

Nicolaus ad presentacionem Ottonis de Glubocz ad ecclesiam in Lauterbacz, per mortem Nicolai vacantem fuit institutus, sibique dom. (plebanus?) in Mitrwald pro executore deputatus.
Liber I. confirm. p. 136.

1360, November 10. Prag.

Johannes de Lichtenvalde ad presentacionem dom. Ottonis de Glubocz et Bernhardi de Potyntyn ad ecclesiam in Kyslingsvalde per commissionem decano Glacensi de investiendo factam . . . . fuit institutus.
Liber I. confirm. p. 136.

1360, November 16. Prag.

Johannes Ramswald ad presentacionem dom. Ottonis de Glubos ad ecclesiam in Mittrwald per mortem Guntheri vacantem, fuit institutus. Executor plebanus de Schonuald.
Liber I. confirm. p. 137.

1360, November 28. Prag.

Nicolaus presb. Wratislav. diocesis ad presentacionem Henrici de Beringen in ecclesia Heinczndorf, per mortem Hermanni vacantem, fuit institutus. Executor plebanus in Henigstorf.
Liber I. confirm. p. 138.

1360, December 12. Prag.

Johannes Braxator de Glacz, presbiter Prag. diocesis, ad presentacionem et petic. religiosorum virorum Johannis prepositi tociusque conventus monasterii S. Marie canonicorum regularium in Glacz, ad ecclesiam in Wedlerstorf? (Swedlers-

dorf) per mortem Henlini plebani ibidem vacantem, fuit institutus. Executor plebanus in Glacz.

Liber I. confirm. p. 139 u. 140.

1360, December 15. Prag.

Johannes de Frankenstein clericus Lubucensis diocesis procurator et procuratorio nomine disc. viri Johannis Pezoldi de Rostok presbiteri Wratislav. dioc., ad presentacionem nobilis dom. Conradi de Czeschow ad ecclesiam in Stynavivilla per mortem Johannis plebani vacantem, fuit institutus. Executor plebanus in Wynschelburk.

Liber I. conf. p. 140.

(1361). Glatz.

Schöppen: Conrad von Wolfilsdorf, Cuncil Dremil, Hans Burchard, Nickel Gremil, Pecz von der Warthe, Fritz Melnik, Nikel Crom(er), Mertin Grimenstich von Frankenstein, Fritz von Reichenstein, Wenczlaw Herold, Conrad Czetirwang, Jacob Liebstein. — Mälzhaus am Burgberge. — Cunczil auf der Scheibe.

Haynman bei der Schule kauft einen Garten in der Hotirgasse und ein Mälzhaus.

Nach einem Auszuge des ältesten Glatzer Stadtbuches im Staatsarchiv zu Breslau.

1361, Januar 11. Prag.

Nicolaus Gunderami de Frankenstein presb. Pragensis diocesis, ad presentacionem strenui militis dom. Johannis de Panvicz, ad ecclesiam S. Nicolai de Lichtenwalde per resignacionem Johannis plebani factam vacantem, fuit institutus. Exetutor plebanus in Langnow.

Liber I. confirm. p. 144.

1361, Februar 17. Prag.

Johannes presb. ad presentacionem Johannis prepositi et conventus monasterii canonicorum regularium in Glacz, ad ecclesiam in Pertoldivilla, per assecutionem ecclesie in Sweydlerstorf Johannis olim ipsius rectoris vacantem, fuit institutus. Pro executore plebanus de Lompnicz.

Liber I. confirm. p. 146—147.

1361, Februar 22. Prag.

Johannes Peczoldi de Frankenstain ex causa permutacionis cum Jacobo plebano in Havelsverd, de consensu Karoli

Imp. Rom. ac Regis Boemie, ad dictam ecclesiam in Havelsverd fuit translatus. Executor plebanus in Friburg.

Liber I. confirm. p. 147.

1361, März 18. Prag.

Nicolaus de Caur presbiter Wratislav. diocesis ad presentacionem strenui militis domini Ottonis de Slabecz (Glabws, Glubos?), ad ecclesiam in Schonfeld per assecucionem ecclesie parochialis in Lichtenvelde Cundrami plebani ibidem vacantem, fuit institutus. Executor fuit plebanus de Mittrvelde.

Liber I. confirm. p. 149.

1361. Glatz.

Schöppen: Hans von Landshut, Heinrich Snider, Herman Rasolt, Jekil Czeterwang, Conrad Gremil, Henil Syfryd, Henyl Pylawer, Henil Adelheid, Heinrich Blahut, Henil Strube, Jacob Cornegil (als solche genannt nach Georgi).

Niclas Molstein bestimmt, daß nach seinem Tode seine Tochter Anna, Cuncz Czetirwanges Weib, sich mit dem halben Theile von Steinewitz, wozu er ihr verholfen, begnügen soll, während die andere Hälfte den übrigen Kindern zufällt.

Nach einem Auszuge des ältesten Glatzer Stadtbuches im Staatsarchive zu Breslau.

1361, Juni 4. Prag.

Jacobus de Havelsverde presbiter Prag. dioc. ad. presentacionem Alberti et Johannis fratrum dictorum Ditlini subinstitoris civium majoris civitatis Prag. ad altare S. Marie in ecclesia S. Leonardi civitatis predicte situatum et de novo per ipsos erectum et datum, fuit institutus, dato sibi executore plebano ejusdem ecclesie.

Liber I. confirm. p. 155.

1361, Juni 7. Prag.

Ad presentacionem providi viri Ottonis de Hugenicz fuit Hinko clericus crida premissa per nos ad ecclesiam in Fridrici villa confirmatus, sibique plebanus in Biskupicz pro executore deputatus.

Liber I. confirm. p. 155.

1361, Juni 10. Prag.

Stiftung von 4 Mark jährlichen Zinses für einen Altar in der Pfarrkirche zu Wölfelsdorf.

Pro altari S. Marie, S. Katherine, Dorothee et omnium virginum quatuor marcas in Wolfildorff.

Nos Arnestus etc. In nomine Domini Amen. Cum enim manentem civitatem hic non habeamus, nihil consulcius et expedicius fore dinoscitur, nisi piis et virtuosis operibus ad futuram tendere permansuram, et maxime in ampliacione divini cultus et patrimonii crucifixi. Hinc est, quod nos Otto de Gluboz senior, dominus ville de Wolfildorf, omnibus et singulis, quibus interest, presentibus volumus fore notum, quod bona et matura deliberacione prehabita, consilio amicorum nostrorum mediante, ex libero affectu conthoralis nostre Agnetis, cui subscripta bona nomine dotalicii sunt assignata, nec non filiorum nostrorum Ottonis, Reynhardi et Henrici voluntate, ex speciali eciam licencia reverendi in Christo patris ac dom. domini Arnesti, S. Prag. ecclesie Archiepiscopi, simulque favore et consensu dom. Sydlini plebani ecclesie predicte ville Volfildorf fundamus et dotamus in predicta ecclesia unum altare Cristifere Virginis Marie, Katherine, Dorothee et omnium virginum ob laudem et honorem, cui quatuor marcarum redditus seu annui et perpetui census et duos grossos Pragen. monete boemicalis pagamenti, in et super hereditario censu inferioris partis prefate ville nostre assignamus ita, quod incole et possessores subscriptarum hereditatum, qui pro tempore fuerint, in duplici termino videlicet in festo Michaelis proxime affuturo duas marcas, et in festo Walpurgis virginis duas marcas solvere teneantur, hereditas Nicolai Luckaweri viginti octo grossos, Nicolai Calder viginti quatuor grossos, Tyloris in fine quatuordecim grossos, Nicolai Pulcri duodecim grossos, Nicolai filii Chunczelini piscatoris quatuor grossos, Rudelini duodecim grossos, Barthussonis Kluge decem grossos, relicte Peczoldi Hehendorf duodecim grossos, Hermanni duodecim grossos, taliter tamen, ut singulorum hereditates tantum, ut premittitur, in utrisque terminis teneantur. Insuper donamus quasi medium laneum seu mensuram agrorum cum pratis et rubetis, prout in suis greniciis ab antiquo sistuntur limitati. Quos quidem agrorum et reddituum census supranotatos libamus nostro nomine et omnium heredum et successorum nostrorum eo jure, quo gaudere solet universalis ecclesia ac eciam secundum omnes clausulas et condiciones ecclesiastice libertatis, ita tamen sane expressum, adjectum plenius et insertum, quod omne aliud dominium ultra hereditarium censum predictum nostre reservamus subjeccioni, pro quo promittimus altaristam, qui pro tempore fuerit, protegere et defendere,

in quantum possumus, in rebus et in persona. Tercium promittimus, quod si predicta altaris dotacio impetita aut infestata fuerit racione agrorum et census, exaccione aut servicio quolibet, aut quacumque alia impeticione disbrigare laboribus propriis et expensis, presentibus honor. et discretis viris dominis Johanne de Tirpicz?, Johanne plebano de Stinavia, Nicolao Hemero plebano de Langenaw et plurimis aliis fide dignis. In cujus rei evidenciam firmiorem presencia duximus nostri sigilli subappensi munimine roborari. Actum et datum Anno Domini MCCCLXI. X. die mensis Junii.

Liber I. confirm. p. 158—159.

1361, Juni 14. Schweidnitz.

Die Schneider einer größeren Anzahl von Städten in Schlesien einigen sich unter obigem Datum über ein Innungsstatut vor den Schöppen von Schweidnitz. Unter den Orten, für welche die Beschlüsse gelten sollen, ist auch Glatz genannt.

Gedruckt sind dieselben in Berlepsch, Chronik der Gewerke II, S. 230—33 und darnach im Cod. dipl. Siles. tom. VIII, S. 52—54.

1361, Juni 15. Glatz.

Wolfhard von Czedlitz verkauft dem Nicolaus Mühlstein einen Wald bei Gabersdorf.

In nomine domini amen. Ego Hanco de Knoblauchsdorf, loco regie maiestatis Bohemie in Glacz capitaneus substitutus solum in causa infrascripta, notum facio tenore presencium universis, quod in mei et fidelium domini mei homagialium testium subscriptorum presencia constitutus strennuus et famosus Wolfhardus de Czedlicz, pro tunc vice regie majestatis predicte capitaneus in Glacz, sanus mente et corpore, bona deliberacione suorumque amicorum prehabito consilio diligenti, silvam jacentem prope inferiorem partem ville Gebehardisdorf et versus superiorem partem Moldorf cum universis et singulis juribus, dominiis, utilitatibus, fructibus, lignis, virgultis, graminibus et singulis ipsius silve contentis cum omnibus pertinenciis et appendiis, prout eadem silva in suis forestis metis et greniceis est circumferencialiter limitata ac distincta, sicuti dictus Wolfhardus ipsam habuit, nichil penitus excludendo, discreto viro Nicolao Molsteyn civi Glaczensi suisque heredibus ac legittimis successoribus pro certa pecunie quantitate iam persolute rite et racionabiliter vendidit ac iusto vendicionis titulo resignavit imperpetuum jure hereditario possidendam, tenendam, habendam, vendendam, commutandam, exsecandam, exstirpandam, in agros excolendam

et in usus suos placidos pro sue voluntatis arbitrio faciendi seu dimittendi convertendam. Ego vero Hanco de Knoblauchsdorf dicta auctoritate regia michi solum in hac causa commissa, predictam silvam cum omnibus et singulis juribus, dominiis et pertinenciis preexpressatis predicto Nicolao Molsteyn civi Glaczensi suisque heredibus et legittimis successoribus dono, confero et porrigendo concedo, dictam vendicionem ratificando ac favorabiliter confirmando perpetue valituram. In cuius rei testimonium sigillum meum una cum sigillis testium videlicet Ottonis de Glowboz senioris, Hartungi de Nymandis, Remplini de Nymandis, Weyssonis de Knoblauchsdorf militum, Ottonis Ratoldi et Cunczconis Steynbach est appensum. Datum Glacz die beatorum Viti et Modesti martirum anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo.

Orig. Perg. im Staatsarchiv zu Breslau (Minor. Glatz 17). An Pergamentstreifen anhängend die wohlerhaltenen 7 Siegel des Ausstellers und der Zeugen.

1361, Juni 20. Bürgelyns.

Karl IV. verordnet, daß die Städte und Richter im Lande Glatz gegen Frevler und solche, die sie in ihren Rechten kränken, einander beistehen sollen.

Carolus von Gotis genaden Romischer Keyser zu allen czeiten merer des Reichs vnnd Konig zu Behmen, entbieten vnnsern lieben getrawen den Scheppen vnd den Burgern gemeiniglich der Stat zu Glacz, vnsern lieben getrawen, vnsere huld vnndt alles gut. Lieben getrawen, Wir wellen, das Ir vnnd die Richtere vff dem Lande zu Glacz bei Euren Rechten vnd Freyheiten sollet bleiben; darumb so gebieten Wir eurer Trewen ernstiglich vnnd vestiglich bey unsern Hulden, sei das sache, dass euch adir die egenannten Richter von dem Lande jemant an euren Rechten vnd Freyheiten hindern adir beschweren wolde, So solt Ir euch einandir beystendig vnnd beholffen sein ..... von Vnnsirerwegen an widerrede vnd ohn allis vorcziehen. Gegebin czu Burgelyns am nechsten Sontage noch Sante Veitstag Vnnserer Reich inn dem funfczehenden vnnd des Kaiserthumbs in dem Sybindem Jahre.

Nach einem Vidimus des Abtes Johannes von Camenz vom Jahre 1554 im Glatzer Rathhausarchiv. Privilegia Nr. 10 (Glatzer Steueramt) Fol. 17 b. Privilegienbuch Nr. 2 (Glatzer Rathhausarchiv) S. 25.

1361, Juni 25. (Freitag nach Joh. Bapt.) Glatz.

Vor Wolfhard von Zedlicz, Burggrafen zu Glatz, verkaufen der

ehrwürdige Tyczke, Priester und Kreuzherr des Ordens St. Johannis, und Rüdiger, Gebrüder von der Sterez, sechs Huben zinshaften Gutes zu Arnoldisdorf dem edlen Herrn Jerken von Muschin.

Notiz Köglers aus dem Original, welches bereits 1812 im Schloßarchive zu Grafenort vermißt wurde.

1361, September 15. Prag.

Johannes Vendlinus civis Prag. procurator, nomine procuratorio Johannis plebani in Stinavia superiori, ad dictam ecclesiam de consensu Johannis militis de Czyskow? ex commutacione cum Johanne plebano ibidem vacantem, fuit institutus, preposito Glacensi pro executore sibi deputato.

Liber I. confirm. p. 161.

1361, November 6. Prag.

Johannes de Strelyn presb. Wratislav. diocesis ad presentacionem dom. Marziconis dicti Przyetel de Krychnow, ad ecclesiam in Reychnaw per mortem Henrici plebani vacantem, fuit institutus. Executor decanus Glacensis.

Johannes presb. de consensu strenui militis Ottonis de Glubocz ad ecclesiam in Langnaw, et Nicolaus presb. de consensu marchionis Moravie ad ecclesiam in Srekrdorf, ex causa permutacionis inter ipsos per Nicolaum procuratorem et procuratorio nomine ipsorum instituti fuerunt, decano Glacensi pro executore eis deputato.

Liber I. confirm. p. 163.

1361, December 13. Prag.

Nicolao de Jaurow presb. Wratislav. diocesis, fuit crida cum institucione ad ecclesiam Glacensem, ad presentacionem prepositi et conventus in Glacz canonicorum regularium data.

Liber I. confirm. p. 165.

1361, December 15. Nürnberg.

Karl IV. befiehlt dem Burggrafen von Glatz, Wolfhard von Zedlitz, keine Abgaben von den regulirten Chorherrn zu fordern.

Karolus Quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex Nobili Wolfhardo de Czedlicz Burggravio in Glacz, nec non Magistro Consulum et Consulibus ibidem, fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum. Fidelitati vestre iniungimus et presentibus seriose mandamus, quatenus gracie nostre sub optentu ab honorabilibus preposito et Conventu Monasterii sancte Marie in monte in Opido nostro Glaczensi predicto nec non ab

eorum bonis subditis et possessionibus racione exactionis, contribucionis seu Collecte in presenti in districtu ac territorio instaurate Glacensi nichil penitus exigatis vel aliquomodo requiratis et si aliqua occasione premissorum ablata sunt pignora ipsis absque difficultate qualibet restitui procuretis, permittentes ipsos, ipsorum bona et subditos omnibus eorum juribus, graciis, privilegiis, indultis, emunitatibus et laudabilibus consuetudinibus gaudere et potiri, prout per nostras dinoscuntur litteras libertati, et cum hoc ipsos, ipsorum bona et subditos, ut premittitur, ab omnibus oppressionibus, violenciis, invasionibus ac injuriis, quibuscunque eciam nominibus nuncupentur, contra quoscunque, cujusvis eciam status, condicionis, dignitatis ac preeminencie extiterint, manuteneatis, protegatis ac defensetis, sicut nostre majestatis indignacionem diligitis arcius evitare. Datum Nuremberg die XV mensis Decembris, regnorum nostrorum anno XVI, imperii vero Septimo.

Per d. Cancellarium decanus Glogoviensis.

Orig. Perg. im Pfarreiarchive zu Glatz sub. litt. A. Nr. 3i. Auf der Rückseite befindet sich das mit Papier überlegte Adler-Siegel von rothem Wachs.

1362.

Die Schwester Hele, eine „Nunne", kauft ein Haus zu Glatz bei Nickel von Cunewaldes Seelhaus zu ihrer Benutzung. Nach ihrem Tode sollen darin fortan arme Kinder aufgenommen werden. Vormund in der Sache ist Hermann Czeterwange.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch (Auszug im Breslauer Staatsarchiv).

1362, Januar 18. Prag.

Conradus presb. ad presentacionem Henrici de Borigm? (Beringen) ad ecclesiam in Kunigishayn ex causa permutacionis pro ecclesia in Guntherivilla Wratislav. diocesis cum Johanne olim plebano vacantem, fuit institutus. Executor plebanus in Heynczindorf.

Liber I. confirm. p. 168.

1362, März 28. Prag.

Petrus notarius capituli Prag. procurator et procuratorio nomine Nicolai olym plebani in Bertoldivilla Wratislav. dioc., ex causa permutacionis pro ecclesia in Richnow de consensu Apeczconis dicti Predil ibidem ad ecclesiam in Richnow fuit institutus, decano Glacensi pro executore deputato.

Liber I. confirm. p. 170.

1362, April 28. Prag.

Nicolaus presb. de Glacz ad presentacionem Katherine relicte quondam Ottonis de Donyn, ad ecclesiam in Wolpertivilla vacantem per resignacionem Siffridi olim rectoris ipsius in manibus prepositi Glaczensis ex speciali commissione, fuit institutus et decanus Glaczen. pro executore sibi deputatus.

Liber I. confirm. p. 174.

1362.

Nach der Ernte niedrige Getreidepreise: 1 Scheffel Korn für 1 böhm. Groschen (vorher 1 Schock Groschen).

Chronik eines Habelschwerdters bis 1622 unter Berufung auf die nicht mehr erhaltene Chronik des Georg Promnitz.

1362, September 24. Raudnitz.

Uebereinkunft der Augustiner-Klöster in Glatz, Raudnitz und Jaromirs wegen der heil. Messen und Gebete, welche für die Seelenruhe verstorbener Klosterbrüder gehalten werden sollen.

In dei nomine amen. Quoniam secundum Apostolum omnes unum corpus sumus in Christo, debemus karitatis operibus ferventer intendere, ne scindamur ab hujus corporis unitate, que eciam pro illis magis fiunt necessario, qui jam extra statum merendi positi transeuncium penarum subduntur rigori. Proinde ergo nobis fratri Nicolao preposito monasterii sancte Marie canonicorum regularium in Rudnicz ordinis beati Augustini Pragensis dyocesis et fratribus nostris utile et salubre visum fuit, quod pro nostri necnon Glacensis et Jermyrensis monasteriorum preteritorum, presencium et futurorum fratribus defunctis suffragia in missis, psalmis et oracionibus sanctis fierent, quatenus iidem fratres gracia dei opitulante ad curie celestis gaudia celerius pervenirent. De fratrum itaque nostrorum necnon prepositorum monasteriorum prenominatorum et conventuum ipsorum connivencia et consensu in domino inter nos fraternitate contracta decrevimus, ut fratris professi, unius vel plurium nostri sive predictorum monasteriorum die obitus intimato, ipsius et ipsorum in Kalendario nominibus descriptis, psalmis conswetis scilicet „Verba mea etc." in capitulo et vigiliis majoribus lectis in choro, missa defunctorum consequenter pro ipsius seu ipsorum animabus cantetur, cui et commendacioni, que ipsam sequetur, fratres interesse debent, racionabili causa cessante. Quilibet eciam presbyterorum ipso die vel alio leget unam myssam, dyacones vero, subdyacones et acoliti unam quinquagenam psalmorum et fratres conversi centum oraciones do-

minicas cum totidem „Ave Maria“ explebunt. In die autem anniversario psalmi predicti vigilie minoris et una tantum missa sub nota sine commendacione tenebuntur, nisi quis et tunc vellet missam specialem legere, quod non improbamus sed laudamus. Per hujusmodi autem nostrum decretum serviciis amplioribus, que fratres pro fratribus sui monasterii facere consweverunt, in nullo volumus derogare. In premissorum omnium testimonium nostrum et conventus nostri nec non prepositorum monasteriorum predictorum et ipsorum conventuum sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum in monasterio Rudniczensi prefato anno domini M° CCCLXII. die XXIV mensis Septembris.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. A. Nr. 8a. Angehängt sind sechs Siegel. Derartige gleichlautende Fraternitätsbriefe wurden seitens des Glatzer Augustinerklosters noch gewechselt mit dem Augustinerkloster in Sternberg 1376, den 2. August [litt. A. 8b], mit dem Kloster in Landskrone 1382, den 20. Juni [c], mit dem Karlskloster in Prag 1386, den 25. April [d], mit dem Kloster in Trzbon 1376, den 15. October [e], mit dem Kloster Prostyehow in der Olmützer Diöcese 1393, den 25. Mai [h], mit dem Kloster in Fulneck in der Olmützer Diöcese 1390, den 16. Januar [i].

1362, November 29.

Zeugen in einer kirchl. Erectionsurkunde: Stephanus senior et Franciscus, quondam Johannes de Glacz, canonici regulares monasterii in Sacz.

Lib. erect. I. Nr. 136, p. 66.

1363. Glatz.

Der Priester Johannes Rücker, Altarherr in dem niedersten Stynaw, kauft $^1/_2$ Mark jährl. Zinses von Nickel Yserichsdorf auf sein Mälzhaus in der grünen Gasse.

Peter der Arzt giebt seiner Frau nach seinem Tode sein Haus jenseits des Mühlgrabens bei dem Wehre, gelegen bei den Gerbern vor der Pforte.

Jacob Lybstein kauft von der Frau Rochna, Wittwe des Herman von Reddnitz, das Erbe zu Breudenaw.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch (nach dem im Staatsarchive zu Breslau befindlichen Auszuge).

1363. Glatz.

Der fyrdung czinsis, den her Johannes der pryster, der etiswenne schulmester was, gekauft, stehet no vf Jekil Wolframys hus, das do lyet yn der phaffendorfer gassen.....

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Rathhausarchive zu Glatz.

1363.

Hanko von Knoblachsdorf übergiebt der Glatzer Maltheser-Commende, deren Commendator Waltherus ist, einen auf dem Dorfe Melling haftenden jährlichen Zins von 2 Mark mit der Verbindlichkeit, daß von den Brüdern in der Schloßkapelle unserer lieben Frau[1]) wöchentlich außer den von Anfang her gestifteten drei hl. Messen noch vier andere, folglich jeden Tag eine, gelesen würde.

Altes Altarzinsregister im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. T., Nr. 2a.

1363.

Wolfhart von Zedlitz, Hauptmann zu Glatz, bestätigt den Brüdern Nikolaus und Otto v. Panwitz das Vorwerk, „der Walter“ genannt, mit aller Zugehör und Nutzung, so sie von Matthias von Panwitz erkauft nomine veri feudi cum clausula alienandi.

Extracte der Lehen 1613 Nr. 9, Fol. 90 (Glatzer Steueramt).

1363, Februar 13. Prag.

Nicolaus de Glacz ad presentacionem Johannis de Byla militis ad ecclesiam in Cunczindorf per resignacionem Johannis olim ips. plebani vacantem fuit institutus. Executor decanus Glacensis.

Lib. I. confirm. p. 5.

1363, Februar 24. Glatz.

Nikolaus Mühlstein hat ein Gut in Eisersdorf gekauft mit der Verpflichtung, jährlich zwei Prager Mark den regulirten Chorherrn in Glatz als Rente zu zahlen.

Nos scabini civitatis Glacz, videlicet: Nicolaus Molaris, Johannes de Landishuta, Henricus Sartor, Hermannus Rusoldi, Cunadus Prymyl, Jacobus Czetirwange, Henlinus Syffridi, Henlinus Adilheid, Henlinus Pylawer, Henricus Blahut, Johannes Strube et Jacobus Cornelii, sane et cum diligencia attendentes, quia humana deperire potest paccio propter temporis diuturnitatem facilime, si non satissime in futurorum memoriam perpetuo communita fuerit fulcimento, idcirco harum profitemur serie litterarum, quod perhonesto viro Magistro Nicolao nostrarum scolarum rectore, qui Mulstein maternali consuevit nominari vocabulo, in nostri presencia, dum pleno concilio presideremus, ubi banniti judicii robor exstat, sano corpore constituto, non coactus, sed matura cum deliberacione, recta se comparasse empcione ac racionabili allodium in monte prope Ysynrichsdorf a sinistris situatum, cum de civitate ad villam transitur memoratam, omnibus cum appendiis, honorandam contra matronam Katherinam, dictam

[1]) Das später sogenannte Martini-Kirchlein.

Clugelyne, vocetenus recognovit, infrascriptis verumtamen condicionibus coassumptis, scilicet quod jam dictus magister Nicolaus aut Clara conthoralis ejus legittima, ipso mortuo, seu prenotati allodii possessor, pro tempore qui fuerit, religiosis viris fratri Johanni, suis quoque fratribus conventualibus nunc aut in futuro existentibus, duas marcas veri, justi quoque annui census Bohemicalis nummi grossorum Pragensium cum grossis duodecim, unam puta marcam in festo sancte Walpurgis, secundam vero marcam in festo sancti Michaelis continue se consequentibus annis solvere tenetur singulis hereditarie omnibus sine opposicionibus atque debet. Adiecit eciam prenarratus, (quod) frater Johannes prepositus aut eo ab officio prepositure degradato seu deficiente alter pro tunc, qui defectum in percepcione census hujusmodi sufferret, sibimet antedicto super predio et omnibus bonis mobilibus immobilibusve ad ipsum pertinentibus quibusvis absque reloquiis de sufficientibus pignoribus providebit. Preterea nos scabini supratacti prerecoliti magistri Nicolai precibus inclinati in hujus rei certitudinem ampliorem cum nostre civitatis sigillo presentem duximus paginam confirmandam. Datum sub anno incarnacionis domini millesimo CCC° sexagesimo tercio, feria sexta proxima ante dominicam, qua in ecclesia dei canitur „Reminiscere".

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. K. Nr. 3 f. Angehängt an einem Pergamentstreifen das Glatzer Stadtsiegel.

1363, Mai 2. Prag.

Nicolaus Gundrami de Frankensteyn presbyter Wratislaviensis diocesis ad presentacionem Johannis marchionis Moravie ad ecclesiam in Schrekerdorf vacantem ex eo, quod Nicolaus aliam in Cunczindorf est assecutus, fuit institutus. Executor decanus Glacensis.

Liber confirm. I, 2 p. 10.

1363, Juni 16. Prag.

Unter den „consules et jurati" von Prag wird bei Gelegenheit einer Altarstiftung in ecclesia par. B. Mariae in Lacu Pragae genannt: Paulus de Glacz. Datum feria VI post festum s. Viti proxima a. D. 1363.

Libri erectionum Archidioecesis Pragensis seculo XIV et XV ed. Borovy. Pragae 1875 u. f. III, p. 290.

1363, September 8. Prag.

Karl VI. befiehlt dem edlen Otto v. Glubos d. Ä., Titzko von

Panewicz, Otto Schüler u. s. w. und den übrigen Rittern und Lehnsträgern der Districte von Glatz, Habelschwerdt, Wünschelburg und Landeck, ihre Unterthanen nicht unbillig zu belästigen und die aus ihrem Lande Vertriebenen wieder in ihr Eigenthum einzusetzen.

Karolus quartus divina favente clemencia Romanorum imperator semper Augustus et Bohemie rex nobilibus Ottoni de Glubos seniori, Titzkoni de Panwicz, Ottoni Scolari, Tamoni de Czeschau, Jeschkoni Horschitz, Ruperto ac Jane patruis de Glubos ceterisque universis et singulis nobilibus et feudalibus districtuum civitatum Glacensis, Habelswerdensis, Wunschelburgensis et Landecensis fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum. Insinuacione, informacione pro parte dilectorum fidelium nostrorum judicum et juratorum predictarum civitatum ad majestatis nostre audienciam pervenit, qualiter vos homines incolas et rusticos districtuum seu territoriorum memoratarum civitatum vobis subjectos nonnullis aggravacionibus, steuris, pecuniarum solucionibus et imposicionibus, nec non diversis aliis modis angariari non desistitis, non solum in ipsorum, sed magis in nostrum et jurium ac serviciorum nostrorum prejudicium et jacturam, quod ulterius a vobis nolentes aliqualiter sustinere: idcirco fidelitati vestre seriose precipiendo injungimus et mandamus precise, volentes quatenus omnes et singulos homines, incolas et rusticos districtuum civitatum predictarum, quos hucusque indebitis aggravacionibus molestare consvevistis, demeritis ipsorum non poscentibus, quibus nostri census et servicia notabiliter impediri possunt, ex nunc in antea aggravare aliqualiter attentetis, omnes quoque hujusmodi homines et subditos nostros de suis hereditatibus causa livoris seu odii per vos amotos et expulsos ad suas hereditates et ad sua propria redire omnimodo procuretis, alioquin si non feceritis, ipsis necessario providere studebimus de remedio opportuno. Datum Prage die octavo mensis Septembris regnorum nostrorum anno decimo octavo, imperii vero nono.

Privilegia Nr. 10 (Glatzer Steueramt) Fol. 16 b. — Privilegienbuch Nr. 2 im Glatzer Rathhausarchiv Fol. 24.

1363, September 20. Glatz.

Die Schöffen von Glatz bewilligen Abgabenfreiheit für ein von den regulirten Chorherrn gekauftes Haus, das auf der böhmischen Straße in Glatz liegt.

Nos scabini civitatis Glacz, videlicet: Matias Sontag, Ulmanus de Rengeri villa, Heynlinus de Wonschilburg, Nicolaus Schramme, Henlinus Smalcztasche, Hermannus Czetir-

wang, Pesco Leudeke, Peczoldus Vtyng, Nicolaus Leupoldt, Nicolaus Theolomator, gener quondam Petri Lodicis, Nicolaus Crispus, gener Lywyngi cerdonis et Henlinus de Arnoldi villa pensantes summopere, quoniam fides nomen integritatis olym habuit apud omnes, et quod humana erat pactio stabilis circa singulos atque firma, nunc autem, ne propter frequentem temporis circumvolucionem hec evanescere juxta quam plurimos posset et decrescere, fidelium igitur hominum consuetudo approbataque auctoritas hoc instituit, ut acta presencium ad inconvolsam futurorum memoriam immobili litterarum patrocinio perducantur. Universi idcirco hujus pagine noverint auditores, quod nonnullis inspectis beneficiorum, graciarum quoque generibus, quibus reverendus in Christo pater ac dominus dominus Arnestus dei gracia Archiepiscopus Pragensis nostre complacuit civitati et ut spe ipsius promocionis superaucta, dum oportunum fuerit, nobis se exhibere dicte quoque nostre civitatis successoribus decreverit continuo graciorem, affectuosas eciam volentes preces religiosi viri scilicet fratris Johannis prepositi, fratrum quoque suorum conventualium perducere ad effectum, sufficienti maturo quoque nostrorum prehabito consilio seniorum ac magistrorum mechanicorum omnium et consensu, domum cum brasiatorio quondam Theodoris brasiatoris in Bohemicali locatam plathea per memoratum fratrem Johannem prepositum et suos confratres apud Syselerem nominatum Roneke et pueros Pürsibykonis in usum claustri CC.[1]) paratis cum denariis ac racionabiliter emptam prelibato fratri Johanni preposito, suis fratribus cum conventualibus nunc aut pro tempore existentibus nomine civitatis perpetuis resignamus temporibus libere ac pacifice possidendam et in usus beneplacitos convertendam sue pro libito voluntatis, uno tamen proinde sumpto ab ipsis fertone annui census, quem civitati super domo Jekelmi pistoris de Reynhards situata in vicinatu domus Frydelini medici in plathea Sweydelerdorfensi suis cum denariis compararunt, utpote in libro civitatis lucidius continetur. Ipsum presertim claustrum ob id racione civitatis de exactionibus, vigiliis, contribucionibus, collectis, steuris, angariis, ymo universaliter de singulis et singulariter de universis aliis donacionibus, quocumque censentur vocabulo, civitati ex parte prefate domus et brasiatorii proveniendis, nos suprascripti scabini et officio scabinatus pro tempore qui presidebunt liberum permittimus cunctis seculis et solutum, nichil juris

[1]) In einer Copie, Glatzer Pfarreiarchiv Nr. 1 b, findet sich CCCC.

civitati neque fructus super hac domo et brasiatorio penitus reservantes. Harum testimonio litterarum, quibus propter majorem rei certitudinem civitatis sigillum de certa nostra sciencia est appensum, datum in domo nostri concilii sub anno incarnacionis domini mille° CCC° sexages° tercio in vigilia sancti Mathei apostoli et Ewangeliste.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. N. Nr. 1 b. Angehängt das Glatzer Stadtsiegel an einem Pergamentstreifen.

Balbinus, Vita Arnesti p. 270, bemerkt hierüber Folgendes: „Adhuc vivente Arnesto anno 1363 Praepositus Canonicorum regularium maxima pecunia domum et braxatorium liberum ab omnibus exactionibus, vigiliis, steuris etc. cum omni jure Glacii emit in ipsa civitate, ut litterae civitatis indicant. Deinde brevi tempore interjecto, post Arnesti mortem, eidem civitati 100 marcas argenti graves idem praepositus mutuas dedit; unde grata civitas omnia praedia ac prata Coenobii ab omni civili onere in perpetuum liberavit (Archiv. tit. Collegium)."

1363, September 23. Prag.

Johannes presbyter de Glacz ad presentacionem Katherine de Donyn ad ecclesiam in Neuwenrode, vacantem per mortem Johannis, fuit institutus. Executor plebanus in Wlpertivilla.

Libri conf. I, 2 p. 20.

1363, October 9. Prag.

Johannes olim plebanus in Ritovia Luthomisl. dioc. de consensu Johannis et Lewe patronorum in Czirmna Prag. dioc. dictam suam ecclesiam in Ritovia cum Nicolao plebano in Czirmna permutavit et fuit institutus. Executor plebanus in Hronow.

Libri conf. I, 2 p. 22.

1363, October 15. Glatz.

Kaiser Carl IV. bestätigt eine Schenkung Ottokars an die Minoriten in Glatz.

Karolus Quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex Notum facimus tenore presencium universis, quod in nostre Majestatis nuper constitutus presencia Religiosus Gardianus Monasterii fratrum Minorum in Glacz devotus noster dilectus nobis humiliter supplicavit, quatenus de solita nostre benignitatis clemencia sibi et conventui monasterii prefati infrascriptum privilegium

per illustrem Johannem quondam Boemie Regem Genitorem nostrum carissimum eis concessum et omnia et singula in eo contenta auctoritate Regia Boemie et de certa nostra sciencia approbare, innovare, ratificare et confirmare graciosius dignaremur, cujus quidem privilegii tenor sequitur in hec verba: Nos Johannes dei gracia Rex Boemie et Comes Lucemburgensis Notumfacimus tenore presencium universis, quod cum devoti nostri dilecti Gardianus et Conventus monasterii fratrum minorum in Glacz decimas de molendinis nostris ibidem ad castrum Glacense pertinentibus, obvenientes ad sustentacionem vite sue sibi nomine elemosine, videlicet duorum strichonum brasii et unius strichonis siliginis ex donacione quondam incliti principis et dive recordacionis domini Ottakari Boemie Regis predecessoris nostri, prout dudum coram nobis ipsius littere demonstrabant, datas et deputatas consueverint hucusque percipere singulis septimanis, Nos ipsius predecessoris nostri in hac parte vestigiis inherere volentes, dictam donacionem innovamus, ratificamus harum serie et ex certa nostra sciencia approbamus et presertim ipsam, ut Gardianus et fratres predicti ob animarum predecessorum nostrorum ac nostrarum salutem, quamdiu in humanis vitam peragimus et ad futuram vitam deo propitio fuerimus evocati, pro nobis deum teneantur eo fervencius exorare, ad sepedictorum fratrum seu conventus usus ex nunc in antea successuris temporibus confirmamus. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Prage feria tercia proxima post dominicam in Septuagesima, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto. Nos igitur volentes tam avi, quam patris progenitorum nostrorum inherere vestigiis animo deliberato ac de certa nostra sciencia, authoritate Regia Boemie supradictas litteras in omnibus suis tenoribus, punctis, sentenciis et clausulis de verbo ad verbum, prout expressantur superius, approbamus, ratificamus, innovamus et per omnia confirmamus presencium sub imperialis Majestatis nostre Sigillo testimonio litterarum. Datum in Glatz Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, Indictione prima, Idibus Octobris, Regnorum nostrorum anno decimo octavo, Imperii vero nono.

Nach der Abschrift, welche Kögler vom Original im Minoritenkloster zu Glatz fertigte.

1364. Glatz.

Jurati: Conadus von Wolfilsdorff, Johannes Scultetus, Pesko Wolfram, Johannes Burghard, Peczo Hopphil, Johannes Eckelin, Johannes Scolaris ꝛc.

Erwähnung der „tepphergassen“.

Dy capelle vf ym huze hat alle Jar ewigelichen 1 firdung czinss czu hebn ... vf Ticzen hof von Mecwicz in der Bemischen gasse; ebenso .... vf Ticzen Haus von Mekewicz gelegen in der Sweidlergasse ....

Daz Spetal hot alle Jar eyne Tunne Heringis czu eym ewegen selgerete .... vf dem erbe czu Hennigisdorff, daz do gelegen ist nedeweng dez nedirsten viweges ..

Erwähnung des „gewant Krames“.

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Glatzer Rathhausarchiv.

1364, Juni 3. Prag.

Bartholomeus presbyter de Frankinstein Wratislav. dioc. ad presentacionem Ottonis senioris militis nec non Ruperti clientis fratrum de Gluboz ad ecclesiam in Wolfilsdorf per mortem Seydlini vacantem fuit institutus. Executor plebanus in Hawelswerd.

Libri conf. I, 2 p. 47.

1364, Juni 30.

Tod des seligen Arnestus, des ersten Erzbischofs von Prag. (Libri conf. I, 2 p. 48.) Derselbe wird in der Glatzer Pfarrkirche begraben. Nach einer im Glatzer Pfarreiarchiv ehedem befindlichen alten Handschrift eines Glatzers sowie nach Miller (Historia beatissimae virginis Glacensis. Glatz, 1690) vermachte Arnestus in seinem Testamente so viel, daß statt der hölzernen Pfarrkirche der Grund zu einer von Steinen aufzuführenden gelegt werden konnte, welcher Bau durch milde Beiträge der Stadt und des Landes nach 1400 in den Haupttheilen zu Ende gebracht wurde.

John, Diarium oder Tagebuch der Glatzer Pfarrkirche 1715, S. 6.

1364, Juli 3. Prag.

Johannes plebanus in Wydonicz ad presentacionem Johannis et Zavissii de Abrpach clientum ad ecclesiam in Crmna per mortem Johannis vacantem fuit institutus. Executor decanus Dobruscensis.

Libri conf. I, 2 p. 49.

1364, Juli 20. Prag.

Johannes Czetirwange presbyter ad presentacionem Hartungi militis de Nymandis et Jesconis de Harczicz et Johannis de Maltovicz clientum ad ecclesiam in Ekhardivilla per mortem Johannis vacantem fuit institutus. Executor decanus Glacensis.

Libri conf. I, 2 p. 50.

1364, September 16. Prag.

Jacobus Siffridi de Richnow presbyter ad presentacionem Hartungi militis de Nymancz, Jesconis de Horczicz et Johannis de Maltwicz ad ecclesiam in Ekhardivilla per resignacionem Johannis vacantem fuit institutus. Executor decanus Glacensis.

Lib. conf. I, 2 p. 53.

1364, October 1. Prag.

Nicolaus de Luthomericz presbyter ad presentacionem Hartungi militis de Nymancz ad ecclesiam in Tolmiczindorf vacantem per resignacionem Jacobi fuit institutus. Executor plebanus in Schonow.

Lib. conf. I, 2 p. 54.

1364, November 4. Prag.

Johannes Bartholomei clericus de Wunsilburga ad presentacionem Ottonis de Hugevicz clientis ad ecclesiam in Fridricivilla vacantem, quod Henricus ipsa sentencialiter est privatus, fuit institutus. Executor decanus Glacensis.

Nicolaus plebanus in Cunczindorf ad ecclesiam in Arnoldivilla de consensu Jarconis de Mussin militis, ecclesie in Arnoldivilla patroni, et Johannes de Arnoldivilla plebanus ad ecclesiam in Cunczindorf de consensu Henslini de Byela militis et Bavari de Nymans clientis, ecclesie in Cunczindorf patroni, fuerunt translati. Exec. Nicolaus plebanus in Cunradswalde et Johannes plebanus de Habelswerde.

Lib. conf. I, 2 p. 55.

1364, December 2. Prag.

Nicolaus clericus de Frankenstein Wratislaviensis diocesis ad presentacionem Johannis, marchionis Moravie, ad ecclesiam in Winclerdorf per mortem Nicolai vacantem, fuit institutus. Executor plebanus in Srekerdorf.

Lib. conf. I, 2 p. 56.

1365. Glatz.

Stephan, Richter von Willemsdorf. — Henil Stinawer ordnet seine Angelegenheiten vor dem Romwege.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch.

1365. Glatz.

Das Spetal gibt alle Jar vyer groze phennige czins vf ... Czeterwanges hoff; .... dorvm hot ym vnd seynen erbin dy Stat den grunt bey dem Burkstadil .... vfgehoben.

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Glatzer Rathhausarchiv.

1365, Januar 31. Prag.

Die ultima Januarii Johannes Hanne, olim altarista S. Crucis in ecclesia parochiali in Frankenstein Wratislaviensis diocesis, ad ecclesiam in Hawelswerd per resignacionem Johannis vacantem de consensu imperatoris, ecclesiae in Hawelswerd patroni, fuit institutus.

Lib. conf. I, 2 p. 59.

1365, Februar 14. Glatz.

Vor dem Landrichter Jacob Czeterwange und den Glatzer Schöppen wird eine Vereinbarung zwischen Niclas Molstein, dem Besitzer dreier Huben zu Mühldorf und den Richtern von Wiese und Gabersdorf getroffen, zufolge deren die Besitzer der Mühle zu Mühldorf ungehindert die erforderlichen Steine zu der Mühle aus dem Steinbruche entnehmen dürfen, der an den 3 Huben gelegen ist. Dabei sollen sie sich keines anderen Weges bedienen, als dessen, welcher zu der Mühle führt. Außerdem werden Bestimmungen über die Gerichtsgefälle zu Wiese und Gabersdorf getroffen (dem Richter von Gabersdorf kommt der dritte Pfennig zu). — Glatz auf dem Rathhause am Tage St. Valentin 1365.

Nach einem Copialbuche „Privilegia Nr. I" (Glatzer Steueramt), worin 1613 bemerkt wird, daß das Original so unleserlich gewesen sei, daß man nicht alle Worte habe verstehen können.

1365, Februar 17. Prag.

Nicolaus presbyter de Arnoldivilla ad presentacionem Ottonis de Glubucz ad altare b. Virginis in ecclesia in Wolfilstorf, vacans quod Nicolaus aliam ecclesiam est assecutus, fuit institutus. Executor plebanus in Langnow.

Lib. conf. I, 2 p. 60.

1365, October 10. Glatz.

Der Prager Erzbischof Johann Ocko von Wlasim (1364 bis 1378) erlaubt bei seiner Anwesenheit zu Glatz den dasigen Augustinern, eine Schule für 16 Glatzer Bürgerkinder anzulegen, was ihnen sein Vorfahr verboten hatte.

Extract aus einer Urkunde des Königs Wenzel (Karlstein 1412 am Dreifaltigkeitssonntage) betreffend die Augustinerschule. Glatzer Pfarreiarchiv litt. A. Nr. 9g.

1365, October 10. Glatz.

Erzbischof Johannes von Prag verleiht unter den üblichen Be-

dingungen den Besuchern der Kirche der regulirten Chorherrn in Glatz bestimmte Ablässe.

Johannes dei gracia sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopus et Apostolice Sedis legatus universis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, in Christo Jesu salutem. Etsi loca singula ad honorem dei omnipotentis sanctorumque ipsius divino cultui dedicata honorum muneribus et dignis laudum preconiis attollere debeamus, ibi tamen prompcius et uberius hoc facere astringimur, ubi regularis et deo placita viget observancia Christique puerpere Marie semper virginis benedicte, que singulari quadam excellencia super omni specie civium supernorum tanquam sydus radiat matutinum, constant titulo insignita. Igitur cum Monasterium Glacense per prepositum gubernari solitum, in quo est sacer Regularium Canonicorum conventus, qui sua exemplari conversacione suos devocionis funiculos extendit, et in honore virginis predicte sit erectum, nobis quoque jure ordinario subjectum existat, Nos proinde et aliis certis et legittimis ex causis ipsum donis spiritualibus volentes copiosius premiare quodque Christi fideles idem Monasterium eo accedant frequencius, quo se beneficiis spiritualibus habundancius senserint consolatos, omnibus vere penitentibus, confessis et contritis, qui idem Monasterium intrantes ante majus altare seu aliorum videlicet Corporis Christi, Apostolorum, Patriarcharum, Martirum, Confessorum, Virginum et Viduarum necnon et omnium sanctorum quinque salutaciones angelicas dixerint, quinymo qui prefatum Monasterium in Nativitatis, Circumcisionis, Epyphaniarum, Cene dominice, Passionis, Resurreccionis, Lancee, Ascensionis domini, Penthecostes, Trinitatis, Corporis Christi, item, qui in Concepcionis, Annunciacionis, Nativitatis, Purificationis, Assumpcionis virginis benedicte, insuper, qui in sanctorum Angelorum, Nativitatis Johannis Baptiste, item, qui Beatorum Petri et Pauli, Andree, Johannis, Jacobi utriusque, Bartholomei, Symonis et Jude, Thome, Mathie, Mathei, Marci, Luce Apostolorum et Evangelistarum necnon qui in Beatissimorum Laurencii, Stephani prothomartiris, Viti, Wenceslai, translacionis et transitus Adalberti, Quinque fratrum minorum gloriosorum, item qui in Gregorii, Ambrosii, Augustini, transitus et translacionis Jeronimi, Martini, Nicolai, Procopii confessorum beatorum, qui eciam Marie Magdalene, Marthe, Katherine, Margarethe, Dorothee, Ludmile et Elyzabeth virginum et viduarum, item, qui in omnium Sanctorum, in Commemoracione omnium animarum et dedicacione chori Monasterii memorati festivitatum devocionis causa accesserit

seu accesserint seu beneficium quodcunque a manu, lingua? vel obsequio impenderint, postremo quocienscunque quis sermoni ibidem interfuerit, Antiphonam „Salve regina“ cantaverit vel interfuerit, item qui pro predecessore nostro domino Arnesto fundatore monasterii predicti vel pro fidelibus defunctis oraverit, vel qui clausulam „Et famulum tuum Imperatorem atque Antistitem nostrum“ etc. in Missa vel aliis horis adjunxerit, vel, quando Corpus domini nostri Jesu Christi ad infirmum seu infirmos deportatur et deportabitur seu ipsum Corpus dominicum conduxerit, item, qui misse, que mane de virgine benedicta legi consuevit interfuerit, pro Rege, Archiepiscopo vel pro pace regni preces domino deo fuderit, de omnipotentis dei misericordia et beatissimorum apostolorum Petri et Pauli ejus, sanctissimorum quoque martirum Viti, Wenceslai atque Adalberti patronorum nostrorum meritis et intercessione confisi pro vice qualibet et nichilominus singulis predictarum festivitatum et ipsarum octavis, que tamen octavas habere dinoscuntur, diebus singulas quadraginta dierum Indulgencias ipsis misericorditer in domino condonamus. Harum, quibus sigillum nostrum majus appensum est testimonio litterarum datum in Glacz Anno domini Millesimo trecentesimo LXV°, X die Octobris.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv, sub litt. A. Nr. 6a. Am Pergamentstreifen angehängt das größere Siegel des Prager Erzbischofs in rothem Wachse.

1365, October 28. Karlstein.

Karl IV. befiehlt dem Richter und den Geschworenen von Glatz, einen zwischen den Augustinern und den Glatzer Scholzen entstandenen Streit seiner Entscheidung zu überlassen.

Karolus quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex... Judici et Juratis Civitatis Glaczensis fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum. Fideles dilecti, causam, que inter honorabiles et religiosos . . prepositum et Conventum Canonicorum Regularium Montis sancte Marie in Glacz ab una et . . scultetos eiusdem districtus Glaczensis super libertacione seu exempcione scultetorum in Sweidelerdorff et in Bertoldstorff parte ab altera suborta dinoscitur, decidendam et diffiniendam nostre cognicioni ex certa sciencia reservamus cum intencione eandem causam cum utilitate et comodo utrarumque partium decidendi, volentes et vestre fidelitati seriose mandantes, quatenus nostra freti auctoritate modis omnibus absque contradictione qualibet procurare et efficere debeatis, ut ante finalem nostram decisionem predicte cause contra pre-

fatum . . prepositum et conventum et . . scultetos ipsorum supradictos impingnoracionibus seu quibusvis aliis gravaminibus nichil penitus per quempiam, cuiuscunque condicionis eciam existat, aliquatenus attemptetur, sicut nostram diligitis graciam conservare. Volumus eciam, ut hec littera penes prefatos . . prepositum et conventum debeat finaliter permanere. Datum Karlstein die XXVIIIa Octobris, Regnorum nostrorum Anno vicesimo, Imperii vero undecimo.

P. dom. Cancellarium . . decan. Glogoviensis.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. A. Nr. 31 mit rückwärts aufgedrücktem (sehr beschädigtem) Adlersiegel von rothem Wachs.

1366. Glatz.

Jurati: Ulmann de Rengersdorff, Joh. de Landishuth, Ny. Gremil, Hermann Ruzuld, Pet. Richnawer, Ny. Klugishopt, Jo. Braxator, Hermann Steyner, Ticko de Mekwicz, Wencz. Heruld, Jacob Kornegl, Joh. Strub.

Das Spital hot alle Jar eyn Jerlich mark geldes vf . . . Ceginworgils erbe czu Hennigisdorff; eyn halbe mark vf Petri Sniders hof in der phaffindorffer gasse; den czins hot Margareth des Kuncils tochter vf der Schibe dy Blinde gestiftet.

Das Spetal hot alle Jar eyne halbe mark czu hebin in vnd of Nikil Schuwortes, den Richter czu Bremendorff.

Das Spetal hot . . . eyn mark cinsz of Bartholomes Homutes fleisbank, dy zebinde; . . . denzelbin czins hot her Neclus der prister, eczwen der pharrer czu Kunradiswalde, zo ym got gnode, bescheidin. . . .

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Glatzer Rathhausarchive.

1366, Januar 28.

Der Scholze Henlinus zu Batzdorf verpflichtet sich, eine Mark jährlichen Zinses, die er an Nicolaus v. Panwitz verkauft, der Kirche des hl. Nicolaus daselbst zu entrichten.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod constituti coram nobis Johanne preposito Monasterii sancte Marie perpetue virginis in Glacz, ordinis Arusiensis sancti regule Augustini canonicorum regularium Discreti viri dominus Petrus plebanus in villa Bertoldi nostri Monasterii Glacensis districtus et Henlinus scultetus in eadem villa Bertoldi, Idem Henlinus scultetus noster, sanus mente et corpore, de consilio amicorum suorum fatebatur, se non inprovide, sed animo deliberato rite et racionabiliter vendidisse unam gravem marcam perpetui census grossorum Pragensium, sexaginta quatuor grossos

Pragenses pro marca computando, in et super tota scultecia sua cum suis omnibus pertinenciis in predicta villa Bertoldi pro decem gravibus marcis grossorum Pragensium, sexaginta quatuor grossos pro qualibet marca computando, quam quidem pecuniam sibi asserebat integraliter esse persolutam per Nicolaum de Panewicz custodem Wratislaviensem, qui prefatum censum unius gravis marce pro ecclesia sancti Nicolai in jam dicta villa Bertoldi perpetue comparavit ita, quod annis singulis ipse Henlinus scultetus, heredes et successores sui legittimi in prelibata scultecia, dimidiam marcam, videlicet XXXII grossos Pragenses in festo sancte Walpurgis virginis, et in festo sancti Michaelis archangeli residuam mediam marcam Pragensium grossorum domino plebano, qui pro tempore fuerit in sepe dicta villa Bertoldi, indilate, dolo et fraude cessantibus, solvere teneatur et teneantur, quem in censum pretactus Henlinus scultetus pro se heredibus et successoribus suis coram nobis et in manus nostras dicto domino Petro plebano et successoribus suis nomine ecclesie sancti Nicolai in villa Bertoldi prescripta libere resingnavit et in perpetuum solvere annis singulis in terminis jam dictis bona fide et sub pena inpingnoracionis nostre firmiter promisit et se eciam obligavit. Demum intime supplicabat nobis tam plebanus et scultetus predicti, quatenus omnia et singula prenominata rata et grata nostro, successorum nostrorum et Monasterii nostri nominibus habere dingnaremur, perpetuis temporibus Ecclesie predicte in villa Bertoldi et plebano, qui tempore fuerit, appropriando, conferendo predicta et nos vero precibus eorum favorabiliter inclinati, pensantes et paupertatem ecclesie prelibate, cujus sumus patronus, prehabito cum fratribus nostris, conventu nostro, tractatu solempni et pluries repetito de ipsorum consilio et consensu, cum nullum nostro ex hoc monasterio prejudicium possit generari, pretactas vendicionem, empcionem, resingnacionem et obligacionem ratas et gratas habentes eas et ea omnia et singula aprobamus et ecclesie sancti Nicolai in nostra villa Bertoldi Glacensis districtus et plebano, qui pro tempore fuerit ibidem, predictam marcam gravem perpetui census solvendam in terminis prenotatis in et super tota scultecia in villa prescripta Bertoldi contulimus et presentibus conferimus, astribuimus perpetuis temporibus duraturis. Inhibemus insuper Henlino nostro sculteto sepedicto, heredibus et successoribus suis, per presentes, ne dictam solucionem unius gravis marce minuere aut differre quoquomodo presumat sub pena nostre inpingnoracionis et gravi indingnacione omnipotentis dei et sancti sui confessoris

Nicolai. In cujus rei testimonium presentem paginam nostro et conventus nostri sigillis muniri fecimus in perpetuum robur firmitatis, presentibus dominis Johanne plebano in Cunczindorf, Mathia de Panewicz Canonico Wratislaviensi et plebano in Rengirsdorf, Johanne Pesoldi prespitero, Rulkone perpetuo vicario in Ysenrichsdorf et pluribus fide dingnis. Datum et actum anno domini M° CCC° LXVI°, V° Kalendas februarii mensis.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. M. Nr. 2a. Die zwei Siegel sind abgerissen.

1366, Februar 2. Prag.

Karl IV. befiehlt den Adligen und Scholzen des Glatzer Districts für vorgenommene Pfändung den Augustinern Ersatz zu leisten.

Karolus quartus divina favente clemencia Romanorum imperator semper Augustus et Boemie Rex, Vobis Nobilibus, Terrigenis et Scultetis districtus Glaczensis fidelibus nostris dilectis iniungimus et presentibus seriose mandamus omnino volentes, quatenus mox presentibus visis sine contradictione qualibet .. preposito et conventui Canonicorum Regularium in Glacz pro pigneribus ipsis ablatis et vobis presentatis condignam restauracionem facere debeatis, disponentes ut per vos aut vestro nomine in nullo penitus aggraventur, volentesque ut in proximis Quatuortemporibus coram Baronibus Regni Boemie in Praga una cum predictis .. preposito et Canonicis, assumptis vobis utrobique litteris et munimentis, comparare debeatis recepturi coram eis, quod iustum fuerit et ordo dictaverit racionis. Datum Prage die II februarii Regnorum nostrorum anno vicesimo, Imperii vero undecimo.

Orig. auf Papier im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. A Nr. 3k mit hinten aufgedrücktem, mit Papier überlegtem Adlersiegel in rothem Wachs.

1366, März 1. Reinerz.

Errichtung des Katharinenaltars in Reinerz.

Nos Tyczko, Tamon, Wolframus, Otto et Nicolaus, Fratres de Panevicz, recognoscimus tenore presencium universis presentes litteras inspecturis, quod accedens ad nostram presenciam honorabilis vir Dominus Mathias Sacerdos, Altarista Ecclesie Reinharcensis, nobis flagitavit supplicando, quatenus litteras suas super altare suum sibi datas illuminare ac renovare dignaremur, quod quidem altare nobilis miles Tyczko de Panevicz quondam genitor noster charissimus felicis memorie, Dominus Castri quondam Landfrede ac oppidi Reinharcz, in ecclesia Parochiali ibidem ad laudem et gloriam

Dei ac beatissime sue Genitricis semperque virginis Marie ob remedium anime sue, suorum parentum, heredum atque successorum suorum omnium legittimorum fabricavit, fundavit atque ad prefatum altare dotavit unam domum habitacionis cum una hereditate medium mansum agri continentis, cum duobus hortis et uno prato circumposito, additis quinque marcis et quatuor grossis annui veri et perpetui census grossorum Pragensium gravis pagamenti, singulis annis mediam partem super festum Beati Michaelis: in et super villa Romum unam marcam, item in Harta super villa unam marcam et super judicio unam sexagenam pro octo sexagenis recomparandam; quam quidem sexagenam per judicem pro octo sexagenis totaliter prius persolutis recomparatam; pro eisdem octo sexagenis alter census debet recomparari juxta meliorem possibilitatem, scilicet in Ottschindorf unam marcam, item in antiqua Waltheri villa districtus Habelswerdensis quatuor solidos grossos super IX virgis bonorum judicum, item in Reinharcz super uno scamno panum quindecim grossos, cum omni jure, utilitatibus, libertatibus et fructibus ac proventibus, quod eciam predicto Domino Mathie primo propter Deum contulit, tribuit et donavit, usus consilio et scitu Plebani Reinharczensis tunc temporis existentis, sibi suisque successoribus libere absque cujuslibet servitutis onere taliumque rerum occupacione ad habendum, tenendum et possidendum, percipiendum et tollendum perpetuis temporibus perdurandum, ita quod pretactus dominus Mathias aut omnes sui successores super eodem altari perpetuo missarum solemnia debet et debent celebrare, Boëmos ad ecclesiam spectantes confiteri ipsosque Corpore Christi communicare et inungere sacra unctione sine prejudicio ac damno speciali ipsius ecclesie et plebani, tali condicione principaliter advoluta, quod tempore contingenti hominem Boëmum preparare se volentem sacra Communione et unctione tempore opportuno ipse Plebanus aut omnes sui successores antedictum D. Mathiam aut successores suos in domo sua quaerere debet et debent et ante fores ecclesie equum valentem et sellatum ordinare. Insuper sepedictus D. Matthias aut sui successores nobis videlicet Panoviczen aut nostro Castellano Castri Landfrede presenti et futuro ex parte nostri existenti temporibus perpetuis tribus diebus in hebdomade in Castro missam legere debet et debent ibique prandere proxime juxta latus ipsius Castellani, cujus equus debet sufficienter pabulari, sed si Castrum ad manus deveniat alienas, videlicet per vendicionem aut per quamcunque aliam rerum alienacionem, ex tunc ipse D.

Mathias aut sui successores amplius castro nullum servicium teneantur; nam littera sua super ejusdem altaris collacionem et donacionem sibi in combustione civitatis Glacz est combusta. Nos igitur fratres prius scripti de Panevicz Deum ac venerabilem ejus genitricem semperque virginem Mariam, solamen, felicitatem ac remedium animarum nostrarum, patrisque nostri prefati pie memorie, parentum, heredum successorumque nostrorum omnium, atque ejusdem D. Mathie supplicacionem favorabiliter intuentes, recognoscimus tenore presentium . . . . . predictam fabricacionem, fundacionem, dotacionem atque collacionem superius prenarratam, voluntate, consilio, scitu consensuque nostro speciali fore factam atque confirmatam, promittentes bona nostra fide, omni sine dolo et indivisim in solida manu, heredes et successores nostri legittimi, prefato D. Mathie suisque successoribus et singulis, eum eosque circa eandem collacionem ejusdem altaris ac census nunc et in perpetuum inviolabiliter observare juxta nostram meliorem possibilitatem et quantum possumus et valemus cum omni jure, libertate, utilitate fructus et proventus, sicut nunc sepedictus D. Mathias hucusque usus est et gavisus, in omnibus suis clausulis, punctis, articulis et condicionibus premissis sepe dictam collacionem approbando de certa nostra sciencia et authoritate legittima confirmando eo jure, eo modo et condicionibus, sicut predictum altare genitor noster charissimus prenarratus instituit, fabricavit, fundavit atque dotavit predictoque D. Mathie suisque successoribus temporibus perpetuo duraturis ad habendum, tenendum, possidendum, percipiendum et tollendum censum suum pre omnibus dominis censum super eisdem bonis tollentibus cum condicionibus superius pretaxatis, dedit, contulit, tribuit, donavit porrigendoque concessit libere absque cujuslibet servitutis onere . . . . . prout jura bonorum et censuum ad altaria spectantium exigunt et requirunt. In cujus rei testimonium et robur perennis securitatis presentibus sigilla nostra sunt appensa.

Datum et actum in oppido Reinhardi, anno domini MCCCLXVI. prima die mensis Martii.

Nach Köglers Abſchrift einer vidimirten Copie in Lomnitz. (Ex tomo VI Erectionum Altarium etc. Dioeceseos Pragensis, litt. J. 8 in Archiv. Archiepisc. Prag.)

1366, März 24. Prag.

Petrus presbyter Luthomislensis diocesis ad presentacionem fratris Johannis prepositi monasterii in monte S. Marie canonicorum regularium in Glacz ad ecclesiam in Bertholdivilla per resignacionem Nicolai vacantem fuit institutus. Executor decanus Glacensis.

Lib. conf. I, 2 p. 74.

1366/78, Mai 23. Prag.

Brief, betreffend die Abgaben der Auguſtiner in Glatz.

Nobili viro domino Pothoni de Czastolowicz terre Lusacie Capitaneo aut ipso non extante Viceburgravio in Glacz domino et amico suo sincero.

Amice mi et amice carissime. Noveritis, quia prepositus et capitulum ecclesie Montis sancte Marie Canonicorum regularium in Glacz Bernam seu Steuram, que ipsos contingit, Camere Imperali per se specialiter et separatim, prout in registro eciam invenitur, expediverunt plenarie et integre, quare peto et nomine Serenissimi domini nostri Imperatoris vos requiro, quatenus ratione hujusmodi Berne nullam penitus ipsis violentiam seu turbationem ab aliquo inferri permittatis, quia ipsi nullum pactum occasione suorum bonorum cum Nobilibus intrant seu scultetis, quoniam eciam allodia ipsorum, que suis equis colere dinoscuntur, que nulli censui subjacent, sunt libera, ab omni eciam solutione Berne debent existere et sunt penitus absoluta. Insuper peto, quod ipsos et eorum homines in oportunis ipsorum requisicionibus in casu, ubi aliquas impugnaciones seu violencias a quocunque homine sustinent, fortiter protegere debeatis, in eo ipsi domino nostro predicto gratum servicium et michi specialem complacenciam ostensuri. Datum Prage die XXIII Maji.

Paulus de Jenczenstein, [1]) Regni Boemie Camere Notarius.

Vidimus im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. R. Nr. 1 b.

1366/78, Juni 11. Raudnitz.

Die Abgabenfreiheit der Glatzer Auguſtiner betreffend.

Johannes [2]) dei gracia sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopus, apostolice sedis legatus Nobili viro domino Pothoni de Czastolowicz et viceburgravio in Glacz ac aliis officialibus dicti castri Glacensis salutem in domino. Quia monasterium Canonicorum regularium sancte Marie in Glacz de mensa archiepiscopali fundatum et dotatum sub tuicione nostra consistit et ideo per vos a gravaminibus imminentibus debet preservari, quapropter amicitiam vestram rogamus presenti-

[1]) Paul von Jenzenſtein wird als böhmiſcher Kammerſchreiber in den Urkunden Karl IV. genannt, cf. Böhmer, Reg. Imp. VIII.

[2]) Johannes, Erzbiſchof von Prag 1364—1378.

bus requirentes studiose, quatenus dictum monasterium ab omni subsidio, evencione seu quibuscunque invasionibus liberum pro expedicione presenti et alias nostri consideratione dimittatis, prout hucusque dictum monasterium ab hujusmodi oneribus liberum fuit et solutum, specialem complacenciam nobis in eo ostensuri. Datum in Rudnicz die XI mensis Junii, nostro sub secreto.

Vidimus im Glatzer Pfarreiarchiv auf Perg. sub litt. R. Nr. 1 b.

1366, Juli 4.

Kaiser Karl weist einen Streit, der zwischen dem Augustinerkloster zu Glatz und dessen Vasallen entstanden ist, vor das geistliche Gericht.

In causa prepositi, sui Conventus et Vasallorum de Glätcz exhibita, oblata et producta est presens littera donacionis bonorum cum omnibus utilitatibus suis, coadherenciis universis et singulis pertinenciis pro fundacione Monasterii beate virginis Marie et Canonicorum Regularium in Glatcz supra montem cum aliis litteris et eciam vendicionis ad probandum et ad docendum jus patronatus ecclesie parochialis in inferiori et superiori Sweidlerivillis districtus Glatczensis et diocesis Pragensis Racione pretactorum Juris, dominii et laneorum vel Mansorum in eisdem bonis donatis comprehensorum et pertinencium ad eadem bona et possessiones. Et licet hoc nomen seu dicto scilicet Jus patronatus in eisdem litteris non exprimatur et ponatur expresse et nominatim, attamen universitatem bonorum hujusmodi eciam sequitur Res designata per hoc nomen seu dictionem puta juspatronatus Ecclesie sive Ecclesiarum et vendi potest cum universitate bonorum, ut patet „de jure patronatus“ in capitulo [1]) „cum seculum“. Et non debet scribi nec exprimi in vendicione seu in litteris vendicionis hoc nomen vel dictio videlicet jus patronatus ecclesie vel ecclesiarum nominatim, quia esset vicium Symonie, quod reddit ipsum contractum empcionis ipso jure nullum et invalidum eodem titulo capitulo „de Jure“. Ideoque ex eo et pro eo, quod nomen seu dictio scilicet Jus patronatus non exprimitur nominatim et expresse in litteris prefatis exhibitis, oblatis et productis ad Judicium fori Spiritualis ad probandum et ad docendum jus patronatus Ecclesie porochialis prenominate in inferiori et superiori Sweidleri villis, quod utique non valet de jure, ut inscribatur nominatim, ymo et nequaquam fieri debet, nam spirituale vel

[1]) Des canonischen Rechtes, auf welches sich auch die übrigen in Anführungszeichen gesetzten Stellen dieser Urkunde beziehen.

annexum spirituali non potest vendi neque redemi saltem se solo tamen, ut patet „de Symonia“ capitulo „querelam“ et „de rerum permutacione“ capitulo „quesitum“. Ideoque nomen vel dictio scilicet Jus patronatus non exprimitur scriptum nominatim in litteris pretactis, sed veraciter comprehenditur in presenti littera et in aliis litteris sub expressione bonorum expressatorum in eisdem etc. Idcirco quidam Clyentes, Vasalli et heredes in superiori Sweidleri villa commoti apellaverunt ad dominum Carolum imperatorem et regem Bohemie propterea, quia hoc nomen scilicet jus patronatus ecclesie non est scriptum in litteris prefatis timentes gravari etc. et sic contempnentes et recusantes in Praga stare judicio spirituali et parere noluerunt, allegantes libertatem et graciam seu indultum litterarum suarum regalium puta quod coram nullo judice in regno Bohemie citati comparere deberent etc. Sed et mox et ad statim Reverendissimus in Christo pater dominus Johannes Archiepiscopus Pragensis se interponendo diligenter contra appellacionem et contemptum pretactorum vasallorum accessit dominum imperatorem Karolum et regem Bohemie in Praga propria in persona cum domino Johanne preposito Glatczensi, causam hujusmodi ipsi domino imperatori et suo consilio exponendo proposuit valde legaliter eciam in presencia ipsorum Vasallorum et heredum in superiori Sweidleri villa etc. Rursus adque breviter dominus imperator et Rex Bohemie habitis consilio, informacione debita et deliberacione studiosa, matura, efficaci et evidenti cum suis consiliariis, juris peritis et legibus expertis pronunciavit et edixit per suum Cancellarium firmiter tenendum, statuendum ordinem christiane institucionis ex spiritu sancto sancte matris ecclesie christiane, quod nequaquam expediret neque pertineret ad officium dignitatis sue regalis, ut assumeret hujusmodi causas spirituales ad decidendum neque illas de jure statuto terminare nec diffinire haberet vel posset, et ex eo et pro eo, quod ista causa esset spiritualis vel saltem super re annexa spirituali verteretur questio presens, nequaquam pertineret ad ipsum tanquam ad regem Romanorum et Bohemie neque ad aliquem alium dominum secularem principem, ducem vel quemcunque alium judicem secularem hujusmodi presentem questionem vel causam neque alias quascunque causas seu questiones spirituales aut annexas spiritualibus terminare, decidere nec diffinire debet sentencialiter tanquam judex secularis, ut manifeste patet in capitulo „quanto“ „de Judiciis“ et est textus in forma. Et ideo ex quo illa causa vel questio est spiritualis vel saltem super re annexa spiri-

tuali, esset presumptuosum, impium, violentum et temerarium se intromittere de hujusmodi causis et questionibus non spectantibus neque pertinentibus ad judicem secularem, juxta communem eciam famam puta: In alterius messem tu noli ponere falcem. Quapropter dominus Imperator et Rex Bohemie Karolus remisit clientes, vasallos et heredes supradictos ad forum judicii spiritualis seu ecclesiastici juxta meritum cause et questionis pretacte, vel saltem quod ipsi heredes amicabiliter concordarent cum preposito et suo conventu persuadendo commisit et mandavit, edicendo et pronunciando, quod ipsorum vasallorum et nobilium Clientum Glatczensis districtus littere regales, gracie et indulta sive libertates non eximerent ipsos nobiles Vasallos et Clientes a foro et judicio ecclesiastico, sed sonarent tantummodo et intelligende essent de judicio et judice seculari in regno Bohemie etc. Alias vero si quicquam presumptuose, impie, violenter aut temerarie contra libertatem prepositi, sui conventus et monasterii supradicti attemptarent et facerent verbo vel opere per se aut per alios nomine ipsorum, dominus imperator prenominatus et Rex Bohemie vellet eosdem nobiles Vasallos et heredes districtus Glaczensis terre penales pronunciare et punire juxta tenorem litterarum suarum et privilegiorum monasterii antedicti in pena centum marcarum omnimode irremissibiliter auri puri.

Hec historia taliter et amplius pacta breviter est hic et huic littere in durso ab extra inserta ad cautelam futurorum eventuum et diligenter conservetur cum littera presenti et similibus notatis in memoriam sempiternam per Procopium de Praga, scribam et prothonotarium Cancellarie domini Archiepiscopi prenominati Anno domini Millesimo CCCLXVI quarta die mensis Julii tunc currentis.

Original auf der Rückseite des Stiftungsbriefes des Auguſtinerkloſters im Glatzer Pfarreiarchive.

1366, August 11. Nürnberg.

Karl IV. befiehlt den Viertheilsleuten und den übrigen Scholzen des Landes Glatz, die Scholzen von Niederſchwedeldorf und Batzdorf von allen Laſten frei zu laſſen.

Karolus Quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex, Hominibus quarteriorum, qui vulgo vierteilsleute dicuntur, et ceteris Scultetis terre Glaczensis fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum. Fundacionem felicis memorie Venerabilis Arnesti olim Pragensis Archiepiscopi, quam in civitate Glacensi sua

devocione paravit sub titulo montis sancte Marie canonicorum regularium ordinis sancti Augustini, propter multa fidelia, utilia et grata obsequia, que ab ipso tunc vivo recepimus, et ob diligentem et sincerissimam fidem, qua nos presens ejus successor obsequiose prosequitur, volentes omnino in omnibus suis juribus juxta privilegiorum nostrorum tenores consuete benignitatis gracia conservare, mandamus vobis et injungimus presentibus seriose hoc sub obtentu nostre gracie precise volentes, quatenus scultetos villarum dicte fundacionis in inferiori Sweydelerdorff et Berchtoltsdorff ab omni censu, contribucione et exactione, quibuscunque titulis talia actenus ab eis repeti seu exquiri consueverint, juxta privilegiorum nostrorum tenores dimittatis liberos, nichil ab eis quavis racione seu titulo quomodolibet extorquentes, ymmo, si qua ipsis ablata sunt nomine pignoris seu alio modo quocunque, eadem eis restitui absque diminucione qualibet precipimus indilate, et ut nulla apud dictos scultetos eorum sub obtentu nostre gracie committatur novitas usque ad nostrum personalem reditum in Boemiam et post eundem reditum nostrum tamdiu, donec a nostra celsitudine vive vocis oraculo aliud acceperitis in commisso. Datum Nuremberg die XI° Augusti Regnorum nostrorum Anno Romanorum vicesimoprimo, Boemie vicesimo, Imperii vero duodecimo.

Per dominum . . Cancellarium Nicolaus de Crapicz.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. A. Nr. 3 p. Auf der Rückſeite aufgedrücktes Adlerſiegel in rothem Wachſe.

1366, August 11. Nürnberg.

Karl IV. befiehlt dem Burggrafen von Glatz, die Schulzen von Niederſchwedeldorf und Batzdorf in ihren Privilegien zu ſchützen.

Karolus Quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex Burggravio seu Viceburggravio Castri Glacensis, fideli suo dilecto, graciam suam et omne bonum. Fundacionem felicis memorie Venerabilis Arnesti, olim Pragensis Archiepiscopi, quam in Civitate Glacensi sua devocione paravit sub titulo Montis sancte Marie Canonicorum regularium ordinis sancti Augustini, propter multa fidelia, utilia et grata obsequia, que ab ipso tunc vivo recepimus, et ob diligentem et sincerissimam fidem, qua nos presens ejus successor obsequiose prosequitur, volentes omnino in omnibus suis Juribus iuxta privilegiorum nostrorum tenores consuete benignitatis gracia conservare, mandavimus igitur hominibus Quarteriorum et ceteris scultetis terre nostre Glacensis et eisdem sub obtentu nostre gracie

specialibus nostris litteris iniunximus seriose, ut scultetos villarum dicte fundacionis in inferiori Sweydelerdorff et Berchtoltsdorff ab omni censu, contribucione et exactione, quibuscunque titulis talia actenus ab eis repeti seu exquiri consueverint, iuxta privilegiorum nostrorum tenores dimittant liberos, nichil ab eis quavis racione seu titulo quomodolibet extorquentes, ymmo si qua ipsis ablata sunt nomine pignoris seu alio modo quocunque, eadem eis restitui absque diminucione qualibet precepimus indilate, et ut nulla apud dictos scultetos eorum sub obtentu nostre gracie committatur novitas usque ad nostrum personalem reditum in Boemiam et post eundem reditum nostrum tamdiu, donec a nostra celsitudine vive vocis oraculo aliud acceperint in commisso, Quapropter fidelitati tue mandamus et precipimus presentibus seriose, quod si prefati homines quarteriorum et ceteri .. sculteti terre Glacensis se in executione tam iusti et tam seriosi nostri mandati in abrogacionem privilegiorum nostrorum negligentes reddiderint et dictos scultetos in inferiori Sweydelerdorff et Berchtoltsdorff turbaverint quovis modo, tunc eosdem scultetos auctoritate nostra Regia Boemie ab omnibus huiusmodi turbacionibus, offensis et iniuriis, sicut nostram indignacionem evitare volueris, manuteneas et defendas. Datum Nuremberg die XI Augusti Regnorum nostrorum Anno Romanorum vicesimo primo, Boemie vicesimo, Imperii vero duodecimo..

Per dominum .. Cancellarium Nicolaus de Crapicz.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. A. Nr. 3n, mit rückwärts aufgedrücktem (stark beschädigtem) Adlersiegel in rothem Wachs. Ein gleichlautender Befehl erging d. d. Nürnberg, den 12. August 1366, an den Rath zu Glatz (magistro civium, scabinis et universitati civitatis Glacensis). Orig. Perg. ebendaselbst sub litt. A. Nr. 3o.

1366, August 12. Nürnberg.

Karl IV. befiehlt den Viertheilsleuten und Schulzen des Glatzer Landes, die Güter der Augustiner von jeder Last und Abgabe frei zu lassen.

Karolus quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus et Bohemie Rex .. hominibus Quarteriorum, qui vulgo virteilsleute dicuntur, ceterisque .. vasallis et .. scultetis terre Glatzensis fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum. Fundacionem felicis memorie Venerabilis Arnesti, olim Pragensis Archiepiscopi, quam in civitate Glacensi sua devocione paravit sub titulo Montis sancte Marie Canonicorum Regularium ordinis sancti Augustini,

propter multa fidelia, utilia et grata servicia, que ab ipso tunc vivo recepimus et ob diligentem et sincerissimam fidem, qua nos presens eius successor obsequiose prosequitur, volentes omnino in omnibus suis juribus iuxta privilegiorum nostrorum tenores consuete benignitatis gracia conservare, quapropter vobis sub pena in dictis privilegiis expressa et sub obtentu nostre gracie seriose precipiendo mandamus, quatenus bona, villas et quecunque alia ad dictam fundacionem pertinencia ab omni exactione, contribucione et quavis alia collecta iuxta litterarum privilegialium nostrarum predictarum continenciam soluta dimittatis et libera, nichil de eis quovismodo penitus exigendo, non impedientes ea decetero in suis libertatibus, exempcionibus et emunitatibus, sicut dicte fundacioni incorporata et annexa dinoscuntur legittime, sed penitus in suis Juribus et privilegiis nostris favorabiliter conservetis; ymmo si predicte fundacioni aliqua sunt ablata nomine pignoris seu alio modo quocunque, eadem ei restitui absque diminucione qualibet precipimus indilate, et ut nulla circa predicta sub obtentu nostre gracie committatur novitas usque ad nostrum personalem reditum in Bohemiam et post eundem reditum nostrum tamdiu, donec a nostra celsitudine vive vocis oraculo aliud receperitis in commisso. Datum Nurnberg duodecimo die mensis Augusti Regnorum nostrorum anno Romani vicesimo primo, Bohemie vicesimo, Imperii vero duodecimo.

Per dominum .. Cancellarium Nicolaus de Crapicz.

Original auf Papier mit rückwärts aufgedrücktem Adlersiegel aus rothem Wachs im Pfarreiarchiv zu Glatz sub litt. A. Nr. 3r. Ein mit vorigem beinahe wörtlich übereinstimmender Befehl ergeht am gleichen Datum an den Glatzer Burggrafen (Original auf Papier ebenda sub litt. A. Nr. 3m).

1366, August 13. Nürnberg.

Brief Karls IV. an den Erzbischof Johann betreffend die Abgaben der Augustiner zu Glatz.

Karolus Quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex Venerabili Johanni, Pragensi Archiepiscopo, sedis apostolice legato, Principi, Consiliario et Secretario suo carissimo graciam suam et omne bonum. Princeps carissime, committimus tibi, quatenus de bonis religiosorum prepositi et capituli ecclesie Montis sancte Marie Canonicorum regularium in Glacz in villis Sweidlerdorf et Bertholdesdorf Bernam presentem separatim recipi mandes, ut non intret pactum aliquod cum Nobilibus seu scultetis et quod allodium eorum, quod suis equis colere

et coluisse noscuntur, nichil recipiatur omnino, quoniam, sicut nosti, hujusmodi libera allodia, que censui non subjacent, sunt eciam a solutione Berne libera de honorabili et prescripta Regni Boemie consuetudine antiquis et diuturnis jam temporibus observata. Datum Nurenberg die XIII Augusti, Regnorum nostrorum anno Romanorum XXI, Boem. XX, imperii vero XII.

Per dominum .. Cancellarium Nicolaus de Crapicz.

Vidimus im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. R. Nr. 1 b.

1366, August 13. Nürnberg.

Karl IV. befiehlt dem Burggrafen zu Glatz, den dortigen Auguſtinern ihre Briefe zuzuſtellen.

Karolus Quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex. Fidelis dilecte, tibi presentibus iniungimus seriose, quatenus litteras pro parte .. Religiosorum, prioris et Conventus Monasterii Montis sancte Marie in Glacz, ordinis sancti Augustini, per nostram celsitudinem tibi directas ipsis perlectis et intellectis plene eisdem restituas, quod eciam aliis, quibus litteras tenoris similis dirigimus, iniungas firmiter, ut predictis .. Religiosis hujusmodi litteras sine contradictione restituant indilate; copias tamen earum, si tu et illi petieritis, tibi et eis decrevimus exhibendas. Datum Nuremberg die XIII Augusti Regnorum nostrorum anno Romanorum vicesimo primo, Boemie vicesimo, imperii vero duodecimo.

Original auf Papier mit rückwärts aufgedrücktem Adlerſiegel von rothem Wachs im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. A. Nr. 3 q. Auf der Rückſeite ſteht: Nobili .. Burggravio Glaczensi vel vices eius gerenti, fideli nostro dilecto.

1366, September 5. (Sabbato proximo post diem B. Aegidii) Wartha.

Es wird feſtgeſetzt, daß von der Stadt (civitas) Glatz die Straße durch das Dorf Haſſitz in das Thal nahe beim Dorfe Eiche und von da bis in das Städtchen (oppidum) Wartha führen ſoll.

Köglers Vermerk aus dem jetzt verlorenen pergamentenen Copialbuche von 1424 im Glatzer Rathhausarchiv.

1366, September 15. Glatz.

Wissentlich sey allen, dy deze scrift anzehen adir horen lesen, Das eyn gemeyne willkur uon arm vnd uon Rich geshen ist in eym gesessin rote uon der stat wegin uon Brandis not wegin in sulchir vndirscheide, Ab eyn vuhr us kompt czu eym mann in der stadt vnd nicht beschryet der (es)

wissentlich den nokkubuern, der zal der stat gebin eyn mark; ist aber, das er ez beschryet wissentlich den nokkubuern vnd bey ym blibet, zo sal her der mark ledig zeyn. Ist aber daz iz vorbay quome uon ym an andr leuthe, zo zal er geben der stat eyn mark vnd zal vrey und ledig zeyn am ansproch von der Zache wegin uon eym yczlichen manne .... Bey der gesworn geczeite Heynesrich Ruprechten, Hanus Merkils, Jacobis Czethirwangir, Hans Smalztahsk vnd andeer metzessin geschen am zand Ludmillen awend der heiligen vrawen nach gotis geburt anno MCCCLXVI.

Aelteſtes Glatzer Stadtbuch (nach dem im Staatsarchive zu Breslau befindlichen Auszuge).

1366, December 1. Prag.

Renczo presbyter de Novo foro ad presentacionem Ottonis de Clobuecz? (Glubos) militis ad ecclesiam in Ebirhardisdorf per mortem Nicolai vacantem fuit institutus. Executor plebanus in Wilfensdorf? (Wolfilsdorf).

Lib. conf. I, 2 p. 79.

1367.

Ein Burggraf auf dem Karpenſtein erwähnt im liber proscript. in curia Glacensi (Kögler).

1367. Glatz.

Katharina, die Wittwe Osprands, des Vogts zu Wünſchelburg, hat das Gericht zu Wünſchelburg (ſchon früher) an Hermann Czeterwange verkauft.

Konrad von Wolfilsdorf giebt ſeiner Tochter Margaretha und Niclas, deren Manne, 100 ſchwere Mark, ſodann ſeinem Sohne Niclas v. W. 80 ſchwere Mark und eventuell nach ſeinem Tode noch 20 ſchwere Mark, ferner ſeinem Sohne Hans v. W. 12½ Ruthe Landes mit einem halben Hofe und allem Vieh, Getreide u. ſ. w. und ernennt zu ſeinem Vormunde Herrn Hanko von Knoblauchsdorf; endlich giebt er ſeinem Sohne Wenzlaus, der ein Mönch auf dem „tume“ iſt, 50 ſchwere Mark, über deren Empfang dieſer und ſein Propſt quittiren. Alles was Konrad v. W. noch hinterläßt, ſollen ſeine Kinder mit Ausnahme des Wenzlaus unter ſich theilen.

Aelteſtes Glatzer Stadtbuch (nach dem im Breslauer Staatsarchive befindlichen Auszuge).

1367.

Statim anno domini MCCCLXVII post obitum reverendissimi in Christo patris domini Arnesti Archiepiscopi sanctae Prag. eccl. felicis recordationis et fundatoris nostri monasterii

ipsi nobiles videlicet Hanko de Knoblachsdorf et Wolframus de Panewicz [1]) milites ceterique vasalli et judices seu sculteti districtus Glacensis per certos tunc capitaneos et burggravios castri Glacensis impugnaverunt crudeliter .... libertates bonorum nostri monasterii sed nunquam potuerunt praevalere ..... sed gratia dei suffragante dominus imperator suis litteris protectionalibus et defensatoriis . . . libertates concessas et datas conservavit . . .

Adhuc advertendum, quod sicut in primo motu propter Wehrgeldt sub primo praeposito 1367 Knoblachsdorf et Panewicz plus aliis infestaverunt nos, sic hodie (1457) Johannes Panewicz sedens in Rengersdorf . . . et Conradus Schedel de Knoblachsdorf.

Glatzer Auguſtinerchronik p. 41, 42 und 69.

1367, Februar 1. Prag.

Frater Franciscus, prof. hospital. b. Virginis in pede pontis Prag., ad presentacionem fratris Peslini, commendatoris domus S. Marie predicte, ex commissione speciali visitatoris per omnes partes prioratus Boemie et Polonie generalis, prioratu in regno Boemie vacante, ad ecclesiam in Glacz, per mortem Valtherini vacantem fuit institutus. Executor plebanus in Piscopicz.

Lib. conf. I, 2 p. 80.

1367, Februar 22. Prag.

Gallus, plebanus in Bertoldivilla ad presentacionem Opaczonis dicti Pradal ad ecclesiam in Richnow, vacantem quod Nicolaus aliam ecclesiam est assecutus, fuit institutus. Executor plebanus in Biscovicz.

Lib. conf. I, 2 p. 81.

1367, September 24. Prag.

Errichtung eines Altars zur Ehre „aller Heiligen“ in der Pfarrkirche zu Wünſchelburg.

Jenczo praepositus recognoscimus, quod .. veniens ad praesentiam nostram d. v. [Johannes altarista] nobis . . litteram . . produxit tenoris . . infrascripti:

Ego Cunczelinus, judex provincialis et nos Conradus de Wolfelsdorff, Heynuscho de Wunschilburg, Nicolaus de Wilcz, Peczko de Wartha, Heynricus Froteick, Johannes Stogiani,

[1]) Wolfram v. Panewitz, einer der 8 hinterlaſſenen Söhne des Tytzko von Panewitz, beſaß den Niederhof (ſpäter Tobias- und Vorderhof) in Rengersdorf.

Hennelinus Homut, Nicolaus gener Koczonis, Frenczlinus Fockus, Hennelinus Weidman, Vincencius Lodicis et Jacobus Dromel, scabini jurati . . civit. Glacensis profitemur . ., quod in nostri praesentia nobis bannito judicio praesidentibus personaliter constitutus . . Hermannus Czeterwange, judex de Wunschilburg sanus mente et corpore . ., hon. matronae Katherinae, relictae quondam Osprandi judicis de Wunschilburg fel. record. . . ad altare in parochia Wunschilburg, quod . . Osperandus dictaque Katherina ad honorem . . OO. SS. . ., fundaverunt, 4 marcas gravis ponderis grss. Prag., 64 grss. pro marca computando . ., perpetui census, mediam partem super festum S. Michaelis mediamque . . super festum B. Walpurgis singulis annis percipiendo . . singulis . . altaristis . ., super medietate tertii denarii judicii, stuba balnei, molendino fullonum, in vulgo „walkmul“, et super 3 mansis, $1^1/_2$ marcam gravem censuantibus, et super integritate molendini cum tribus rotis siliginis, 8 banncarum sutoris et unius macelli ad predictum judicium pertinentibus, quod siquidem judicium apud eandem matronam emerit, rite . . vendidit . . pro . . pecunia . . totaliter persoluta, ita quod Nicolaus de Brunowia, judex in Superiori Sweidlerdorff districtus Glacensis, ejusdem Katherinae filius, juspatronatus temporibus suae vitae et post obitum suum quicumque inter consanguineos proximus erit, habere . . debet. Datum Pragae a. D. 1367, VI fer. ante fest. S. Michaelis archangeli (24. Sept.).

Post . . litterae praesentationem fuit nobis per . . Johannem presbyterum . . supplicatum, quatenus omnia . . confirmare dignaremur. Nos igitur . . donationem . . accedente consensu . . D. Petri, plebani in Wunschilburg, . . confirmamus . . Pragae a. D. 1367 die 30. Oct.

Libri erectionum Archidioecesis Pragensis saeculo XIV et XV. Edidit Dr. Cl. Borowy. Liber I, 1358—1376 p. 64 et 65, Nr. 134 [im Original Fol. 61.]

1367, October 4. Prag.

Nos Jenczo prepositus, ... Canonicus eccl. Prag., recognoscimus, quod nos ad ecclesiam in Bertoldivilla, per resignacionem Petri ex causa permutacionis vacantem, de consensu Johannis, prepositi monasterii S. Marie canonicorum regularium in Glacz, ecclesie in Bertoldivilla patroni, Nicolaum cum dicto Petro pro ecclesia in Tolmeczindorf permutantem rectorem instituimus et plebanum.

Nos Jenczo etc. quod nos ad ecclesiam in Tolmeczindorf per resignacionem Nicolai ex causa permutacionis vacantem

de consensu Hartungi de Nymanss militis dicte ecclesie patroni Petrum cum dicto Nicolao pro ecclesia in Bertoldivilla permutantem rectorem instituimus.

Lib. conf. I, 2 p. 91.

1367, October 18. Prag.

Nos Jenczo . . . . recognoscimus, quod nos ad presentacionem Ottonis dicti Rattold de Zdenicz, domini in Wilhelmsdorf, in ecclesia in Wilhelmsdorf, per mortem Nicolai vacantem Bohunconem de Kunczicz presbyterum Luthomysl. dioc. rectorem instituimus.

Lib. conf. I, 2 p. 92.

1367, October 19. Prag.

Nos Jenczo etc., quod nos ad ecclesiam in Lewyn per resignacionem Symonis ex causa permutacionis vacantem de consensu nobilis Johannis dicti de Duban alias de Nachod, ecclesie in Lewyn patroni, Hasconem cum dicto Symone pro ecclesia in Starkow permutantem rectorem instituimus.

Lib. conf. I, 2 p. 93.

1367, October 30. Prag.

Nos Jenczo . . . . recognoscimus, quod nos ad presentacionem Nicolai de Brunow ad altare b. Virginis in ecclesia parochiali in Wunschilburg per ipsum Nicolaum de novo fundatum, Johannem de Landshut presbyterum Wratisl. dioc. rectorem instituimus. Dat. 1367 die 30 Oct.

Lib. conf. I, 2 p. 93.

1368. Glatz.

Jacob Liebstein verkauft Acker zu Freudenau, der mit Molsteins Acker grenzt.

Erwähnung der Wallfahrten mehrerer Bürger nach Rom. Dieselben ordnen vorher vor den Schöppen ihre Angelegenheiten.

Anführung der Twerhegasse bei der böhmischen Gasse.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch.

Johann, Pfarrer von Niedersteine, kauft für das Glatzer Spital eine Brotbank.

Ebenda.

1368. Glatz.

Virczig grosse (Groschen) stehen czu Kunigshayne; . . . wer kirchenbitter ist, der sal den selben czins vf heben vnde sal dorvmme kovffen weyn, das man dormete dy luthe berichte czu Ostern vnde czu Weynnachten. . . . . Jurati: Ulmann de Rengersdorf, Cunadus Premyl, Hermann Rusold, Johannes Burghard, Hermann Czethirwange et alii.

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Magistratsarchive zu Glatz.

1368, Januar 14. Prag.

Nos Jenczo . . . . recognoscimus, quod nos ad ecclesiam in superiori Stynavia per resignacionem Johannis ex causa permutacionis vacantem de consensu Jesconis de Horussicz et Cunadi de Reno, dicte ecclesie patronorum, Johannem cum dicto Johanne pro altari in ecclesia in Wunschelburg permut. rectorem instituimus.

Nos Jenczo, ... quod nos ad altare in Wunselburg per resignacionem Johannis ex causa permutacionis vacantem de consensu Nicolai de Brunow, dicti altaris patroni, Johannem cum dicto Johanne pro eccl. in Superiori Stynavia permut. rectorem instituimus.

Lib. conf. I, 2 p. 98.

1368, Januar 24. Prag.

Nos Jenczo, ... recognoscimus, quod nos ad presentacionem militis Henslini de Byela in ecclesia in Conradivilla per mortem Johannis vacantem Johannem de Kyrlachsheim, presbyterum Wratisl. dioc. rectorem instituimus.

Lib. conf. I, 2 p. 98.

1368, Juni 9 (19). Wünschelburg (Prag).

Die Einkünfte von 16 Brotbänken werden zur Erhaltung eines Vicars bei der Wünschelburger Pfarrkirche bestimmt.

Nos Jenczo . . . . Noveritis, nos pro parte d. v. Petri, plebani ecclesiae parochialis in Wunsselburg Prag. dioec. litteras . . recepisse, quarum tenor . . in haec verba:

Ego Nicolaus, decanus Glacensis, plebanus in Arnoldisdorff, publice recognosco, quod in mei et plebanorum infrascriptorum praesentia d. v. Petrus plebanus quondam Osprandi judicis, una cum Thylone judice et scabinis de opido Wunselburg constituti, protestarunt, 16 bancas panum in dicto opido sitas, quae jam olim ad judicium ibidem pertinebant, quas pancas hon. v. Wolschuszil, quondam judex opidi memorati, in laudem Dei et B. Bartholomaei ap. Hermanno plebano, praedecessori Petri, et Ecclesiae in Wunsilburg donavit, possidendas cum omnibus usufructibus, tali conditione, quod Hermannus et successores bancas nunquam debeant alienare, ipse

et successores de censu bancarum unum vicarium sibi debent recipere ipsumque in suis expensis habere. Has bancas Petrus, pronunc plebanus, a 40 annis et ultra de consensu . . judicum, qui pro tempore fuerunt, possedit pacifice usque in diem hodiernum, promittens omnia praeexpressa observare. In . . testimonium sigillum meum, Tylonis, judicis opidi Wunselburg, Johannis plebani de Stynow inferiori, Johannis plebani de Henigisdorff sunt appensa. Dat. in Wunselburg in domo Bernhardi civis a. D. 1368 die 9. Junii.

Nos . . donationem . . confirmamus ita, . . quod . . plebanus in perpetuum unum vicarium habere tenetur dictosque redditus ecclesiasticos fore decernentes Pragae a. D. 1368 die 19. Junii.

Libri erectionum etc. liber I. p. 70, Nr. 146.

1368, Juli 6. Glatz.

Vor Potho von Czaſtolowicz, Hauptmann zu Glacz, gelobt Hans von Maltwitz dem Richter Arnold von Waltersdorf (bei Silberberg), daß die Briefe, die er über den von Alters her zum Gerichte zu Waltersdorf gehörigen Wald, genannt der „Spiczeberck" habe, ihm und ſeinen Erben nicht ſchaden ſollten.

Zeugen: Hanko v. Knoblauchsdorf, Hartung v. Nymandis, Otto v. Glubos der Aeltere, Jerkin v. Muſchen, Thycze v. Panewicz und Otto Rattolth.

Geben nach Gottes Geburt dreyzehenhundert Jar in dem acht und Sechsczigſten Jahre an dem nechſten Durnſtagg nach St. Peter und Pauly Tag der heyligen 12 Botten.

Aus einem Copialbuche (Documenta Nr. 5, collationirt 1613) des Glatzer Steueramtes, S. 236.

1368, November 30. Glatz.

Potho der Aeltere von Czaſtolowicz bekennt, daß zwiſchen dem Notar in der Glatzer Provinz Heinrich und dem Braunauer Abte Ulrich bezüglich der ſtattgefundenen Streitigkeiten (de omnibus debitis, litibus, controversiis, fatigiis et occupationibus) eine Einigung erzielt worden ſei.

Zeugen: Knoblauchsdorf, Titzo v. Panewicz, Otto Ratoldi v. Zdanicz und Jescon genannt Horczizic.

Datum Glacz die beati Andreae apostoli anno domini MCCCLXVIII.

Dobner, Mon. VI p. 90 ex archivo ecclesiae Metrop. Prag.

In nomine Domini amen. Cum intersit omnium fidelium jure divino et naturali ipsius omnipotentis cultum sinceris laudibus studiose ampliare et ab ipso salutem animarum salubriter impetrare, ideoque ego Johannes Han, plebanus in Hawlswerd, decanus Glacensis, divini flaminis inspiratione instructus ad fundandum, fabricandum et erigendum hospitale ante civitatem Hawlswerd penes aquam fluentem, que Wystricz dicitur, pro pauperibus infirmantibus inibi colligendis et alendis in honorem omnium bonorum largitoris ac gloriosi confessoris beati Anthonii, largam meam licenciam, favorem et consensum divine pietatis ob intuitum nomine mee ecclesie presentibus adhibui et adhibeo pro me et meis successoribus tempore perpetuo contradictione sine omni, adjiciens nichilominus, quod cives ibidem debent habere collationem capelle in supradicto hospitali construende et proprium capellanum ad eandem, qui celebrabit eis missas cottidie ante pulsum missarum in ecclesia mea parochiali celebrandarum. Datum Hawlswerd secundo die mensis Julii Anno Domini M° CCC° LXXX° primo, meo sub sigillo.

Orig. Perg. im Rathhausarchive zu Habelschwerdt mit Wachssiegel am Pergamentstreifen. Im Dreiecksschilde die Figur eines Hahns auf geschachteter Mauer.

1381. Glatz.

Paul Gremel bestimmt, daß, wenn er auf dem Romwege stirbt, man von allen seinen Gütern zunächst 10 Mark zu der Kirche bei den Siechen geben solle, um dieselbe damit zu bauen und zu mauern, ferner bestimmt er 10 Mark in die Liberey zu „predikbuchern“ für die Pfarrei.

Herrmann Czeterwange giebt seiner Frau Anna, Fritz Voits Tochter, 100 schwere Mark in und auf sein Vorwerk und Erbe zu Hassitz, welches nach seinem Tode ihr Leibgedinge sein soll. Sodann verschreibt er ihr sein Haus auf dem Ringe an der Ecke, wo man auf den Burgberg geht.

Henil Henik? vermacht 1 Schock Groschen, daß man den Weg nach Halbendorf ausbessere.

Matthes Liwste und seine Frau Agnit, Tochter des Richters Henil im obersten Henningsdorf, verreichen einander ihr Gut.

Spruch der Schöppen über eine „aytczucht“, die auf der Kirchgasse durch ein Haus geht. Die Nachbarn sollen dieselbe gemeinschaftlich in Stand halten und dürfen freie Schachte oder Gänge zu dieser „aytczucht“ haben.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch (nach dem im Breslauer Staatsarchive befindlichen Auszuge).

1381, März 26.

Henil Merkil macht mit Halbendorf einen Vergleich wegen der Viehweide. Erbherr zu Halbendorf ist der Glatzer Commendator Frantzko. Acta B, 5 im Glatzer Pfarreiarchiv.

1381, Juni 17. Prag.

Die General-Vikarien des Prager Erzbischofs Johannes bestätigen eine Einigung zwischen dem Pfarrer und dem Rathe von Habelschwerdt vom 5. März 1381 bezüglich des Hospitals.

Cunsso de Trziebowel Custos et Canonicus ecclesie Pragensis et Johannes prepositus Monasterii Sderasiensis in Praga, decretorum Doctores, Vicarii in Spiritualibus Reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis Archiepiscopi Pragensis, apostolice sedis legati generales, universis quibus presentes exhibite fuerint salutem in domino sempiternam. Constituti coram nobis honorabilis vir dominus Johannes plebanus ecclesie parochialis in Hawelswerd et Michael dictus Scriptor ac Nicolaus dictus Pavo, cives et consules ibidem in Hawelswerd, per commune ipsorum destinati, quandam literam in pergameno scriptam quatuor sigillis appensis munitam infrascripti tenoris exhibuerunt et petiverunt, ut hospitale in dicto oppido per eos pro infirmis et aliis personis miserabilibus pia fidelium devocione et dotacione exstructum possit subsistere, petentes ordinacionem quoad tollendum prejudicium ecclesie parochialis in Hawelswerd predicte auctoritate ordinaria approbari. Cujusquidem litere seu ordinacionis tenor talis est:

In nomine domini amen. Nos Johannes prepositus Canonicorum Regularium in monte sancte Marie in Glacz, Franciscus Commendator Domus Cruciferorum ordinis sancti Johannis Jerosolimitani ibidem, Johannes de Czesschaw miles et Frana Burggravius Castri Glacensis tenore presencium publice profitemur, quod ex speciali ordinacione et mandato magnifici principis et domini domini nostri Jodoci, marchionis Moravie, tamquam arbitratores amicabiles causam inter dominum Johannem plebanum in Hawilswerde ex una et Scabinos seu Juratos ibidem nomine hospitalis construendi parte vertente ex altera matura deliberacione prehabita diffinimus et discutimus in hunc modum infrascriptum: videlicet quod pro licencia idem hospitale construendi duas marchas cum dimidia grossorum Pragensium gravis pagamenti et monete, quarum super festo Georgii propius affuturo inchoando quinque fertones et super festo beati Michaelis alios quinque fertones et sic singulis annis perpetuis temporibus plebano, qui est vel fuerit, Scabini et Jurati predicti, qui sunt vel fuerint, indilate dare debent paratis cum denaris et pagare, sane decernentes, quod ipsi Scabini vel Civitas per se potest habere suum Capellanum in eodem hospitali missas bene mature ante pulsum missarum in ecclesia parochiali celebrandarum celebrantem omnesque familiares, nullo ipsorum ad dictum hospitale pertinencium excluso, sed Rector et eciam infirmi in eodem decumbentes ab ecclesia parochiali procurari debeant ecclesiasticis sacramentis vel per ipsum Capellanum de licencia speciali a plebano petita et obtenta omnique offertorio in dicto hospitali oblato plebano, qui est vel fuerit, per dictum Capellanum presentando integraliter et complete. In quorum omnium premissorum evidenciam testimonii specialis presentem cartham scribi fecimus nostrorum sigillorum appensione roboratam. Datum Glacz quinto die Martii Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo.

Nos attendentes, hujusmodi factum augmentem divini cultus prospicere et infirmis degentibus esse plurimum profuturum, dictum hospitale sic ad laudem Dei constructum pariter et dotatum premissis inquisicionibus circa hoc necessaris et opportunis cum omnibus suis pertinenciis in elemosinam christifidelium erigentes: ipsum ex nunc juris ecclesiastici esse volumus et eciam declaramus ac omnem

ordinacionem in dicta litera contentam auctoritate ordinaria, dicti plebani accedente consensu, in Dei nomine confirmamus. In cujus rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus nostri appensione jussimus communiri. Datum et Actum Prage anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo die decima septima mensis Junii.

Orig. Perg. im Rathhausarchiv zu Habelschwerdt mit stark beschädigtem Wachssiegel an einem Pergamentstreifen.

1381, August 16.

Die Gebrüder von Glubos verreichen dem Habelschwerdter Hospital verschiedene Güter.

Wir Franko von Czirnnoticz Lantrichter und wir Cunczik von Willemstorf, Niklos Czipser, Pesco Lutko, Emmerich, Wenczlaw Czigenwurgel, Herman Vogil, Jocop Stogian, Nicz Pauls, Jokil Bemisman, Niklos Pezolt, Heinil Hossik, Scheppfen zu Glocz: Bekennen offentlich an dizem brife, daz vor uns in ein gehegt dink, do alle dink craft haben, kumen zint di edlen her Otto von Welvelstorf, her Otto vom Snellenstein und her Otto von Mittelwalde genant von Glubos gebruder und haben abgetreten alles des gutes nicht ausgenumen an alle underscheide, daz eczwenn der zelige ir vater her Otto von Glubos bescheiden hot dem Spital und czu dem spital czu Hawlswerde; daz haben zi aufgeben und vorreicht und abgetreten dem spital czu Hawlswerde an underscheide. Auch haben zi abgetreten mit namen der mol czu der Alden Wystricz dem spital czu Hawlswerde. Donoch ist her Otto der eldste von Glubos bezunder kumen und hot abgetreten und vorreieht und aufgeben dem spital czu Hawlswerde dy mol czum Niderstem Langenau doch alles in zulcher mose, ab daz gut ymant welde vorrukken, daz daz nicht geschee, ez zei denne mit irem willen und wissen. Ewiklich czu guter gewissen zint unser egenanten lantrichters und der stat Ingezigele an dizen briff gehangen. Gegeben noch gotes geburt dreiczen hundert jar in dem ein und achczigstem jare an dem nesten vreitage noch unser vrawen tage wurczwey sancte Marie.

Orig. Perg. im Magistratsarchive zu Habelschwerdt mit 2 sehr beschädigten Wachssiegeln an Pergamentstreifen.

1382. Glatz.

Mehrere Bürger, die von der Stadt der Theilnahme an einem Pferdediebstahl verdacht worden waren, schwören, die Stadt zu fördern und zu ehren, auch keine Urfehde ewiglich zu haben gegen alle Leute.

Zugleich versprechen sie die Verfolgung des Pferdediebes, der ihr Bruder bezw. Verwandter ist.

Schöppen in vigilia St. Georgii: Niclos Czipser, Heinr. Reinolt, Matthis Liebstein, Nicolaus Wunschelburg, Henil Herwst, Johannes Tilonis, Mertin Pabisch, Nicolaus de Wartha, Nickil Krauze, Michil Pfowe, Peter Leupolt, Hannos Herchin.

Erwähnung einer Todschlagsühne durch Geld (jedoch ohne genaue Angaben!).

Jost, Sohn des innigen Herrn Niclas Haneman bei der Schule.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz (nach dem im Breslauer Staatsarchive befindlichen Auszuge).

1382. Glatz.

Erwähnung der „fleischhavergasse bei der pforte ken den fleischbenken."

Pergamentenes Fundationszinsbuch.

1382.

Tod des Augustinerpropstes Johannes I. zu Glatz. Ihm folgt am 24. April 1382 der Propst Johannes II., ein Oesterreicher.

Augustinerchronik.

1382, März 27.

Beneß von Warthenberg, Herr zu Wessele, Hauptmann zu Glatz und des Markgrafen Mannen bekennen, daß Otthe von Malthwitz verreicht habe dem edlen Herren Wentzigen von Donyn und Herrn Nickiln von Muschzin sein halbes Vorwerk zu Tolmatzendorf und seinen ganzen Hof allda mit aller Zugehörung. Zeugen: Dittrich und Kilian von Hugwitz, Niclas von Knoblouchsdorf. 1382, Donnerstag vor Palmarum.

Nach dem Extract, welchen Kögler vom Original im Neuroder Schloßarchive nahm.

1382, August 28. Glatz.

Nickil v. Moschen verkauft dem Hans v. Moschen 8 Ruthen Erbes unter dem Pfluge und 2 Theile an einer Fischerei in Grafenort.

Wir Benisch von Warthemberg, Herre zum Wessele, Hauptmann zu Glatz, undt unserst Herren Mann, die hernach geschrieben stehen, wir bekennen ..... dass vor unser Gegenwertigkeit kommen ist der Erbar Nickell von Muschczin, ... und hat verkauft Erblichen zu einem rechten Erbe acht Rutten Erbess unter dem Pfluge in undt zu dem Dorffe zu Arnoldssdorff undt zwey Theil an einer Fischerey an dem obristen Wasser dem Vesten Hanss von Muschczin undt seinen Geerben, ... dess ist vor uns kommen Frau Hedewigk, des vorgenannten Nickels v. Muschczin eheliche Hauss-

fraw . . . . . und hat sich vor unss vorziehen und aufgelassen dieselben zwey theil an einer Fischerey an dem Obristen Wasser zu Arnoldissdorff, die ihr leibgeding gewest sein, dass sie vorbass nie keine Nochrede darum nicht haben sol in keiner Weiss. . . . . Der Dinge zu gezeugnisse haben wir unsere Innsiegel mit unsers Herren Manne Inngesiegell an diesen brieff gehangen: Nickel von Muschczin, Otto undt Nickel gebrüder von Pannwitz, Jeschke Herrschitz, Cunradt und Haness von Pannwitz. Dass ist geschehen nach Gottes Geburth dreyzehn hundert Jar, dernach in dem zwey und achtzigsten Jare an dem nächsten Donnerstag nach Sanct Bartholomenss Thag dess heiligen Zwölfbothen.

Aus einem Copialbuche des Glatzer Steueramts (Documenta Nr. 3) S. 329. Original vermuthlich im Schloßarchive zu Grafenort.

1383.

Pothe ist Hauptmann auf dem Karpenstein. — Erwähnung des Pfarrers im unteren Henningsdorf.

Köglers handschriftliche Vermerke aus dem lib. proscript. in curia Glac.

1383, März 27. Prag.

Data est commissio ad plebanum in Keslinswalde pro parte domini Bartholomei, quondam plebani in Mittelwald, ad presentacionem strenui militis Ottonis Gluboz dicti Senioris et Ottonis Gluboz Ruperti de Wolvilsdorff ad ecclesiam parochialem in Welvilsdorff, que vacat per mortem domini Laurentii.

Lib. conf. III et IV, p. 148.

1383, April 14. Prag.

Data est commissio ad dom. plebanum ecclesie in Welfsdorff pro parte domini Reynczkonis plebani ecclesie in Mittelwald per resignacionem domini Bartholomei vacantis, de consensu strenui militis Ottonis de Gluboz. Terminus tercia die a proclamacione.

Lib. conf. III et IV, p. 149.

1383, October 22. Prag.

Data est crida Nicolao presbytero de Koczna ad ecclesiam in Winclerdorf per mortem Conradi vacantem ad presentacionem domini Pothe de Potenstat (sic!). Executor plebanus in Conradivilla.

Lib. conf. III et IV, p. 160.

1384.

Johannes II., Propst des Augustinerstiftes zu Glatz, präsentirt den Priester Johannes von Reichenbach für die Pfarrkirche in Bertholdsdorf.

„De hoc pro tanto facimus mentionem, quia postea multae lites fuerunt de jure patronatus.“

Augustinerchronik p. 6.

1384.

In einem Manuscripte der erzbischöflichen Bibliothek zu Prag unter dem Titel: „Decimae Ecclesiasticae 1384“ befindet sich eine Aufzählung der Pfarrkirchen in der Grafschaft Glatz, wobei die nebenstehenden Zahlen Groschen bedeuten:

Glacz (0), Landeck (12), Hawelswerd (42), Tolmessendorf (9), Lychenwalde (2), Schreckeri villa (5), Kunradswald (5), Eberhardi villa prope Newenrod (9), Vinkleri villa (2), Heinczendorf (3), Wolperti villa (11), Reinharcz (9), Eberhardi villa (9), Stynavia inferior (18), Stynavia superior (18), Waltheri villa (Rothwaltersdorf) (7), Ulrici villa (18), Gebhardi villa (18), Eckardi villa (9), Henningi villa (Niederhannsdorf) (30), Piskovitz (14), Sweidleri villa (Oberschwedeldorf) (24), Kyslingswald (8), Wünschelburg (30), Waltheri villa (Altwaltersdorf) (11), Wilhelmi villa (11), Arnoldi villa (11), Mytilwald (3), Newenrode (16), Wolflini villa (18), Reyngersdorf (39), Künigshayn (3), Slegelsdorf (7), Lomnicz (10), Sifridi villa (2), Kunczendorf (bei Landeck) (12), Langnow (Ober-) (9), Bertholdi villa (3), Reichenau (3), [Lauterbach (0), Schönwald (0)]. [1])

Balbinus, Misc. hist. Bohemiae Decad I lib. V p. 34 und Frind, Kirchengesch. Böhmens I, p. 387.

1384, Februar 25. Neapel.

Urban VI. bestätigt die Uebertragung der Pfarrei Costomlat an die regulirten Chorherrn in Glatz.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis . . Preposito et Conventui Monasterii Montis sancte Marie in Glacz per Prepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini, Pragensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Sacre religionis, sub qua devotum exhibetis domino famulatum, promeretur honestas, ut votis vestris in hiis persertim, per que statui et commoditatibus vestris ac vestri Monasterii salubriter consulatur, quantum cum deo possumus, favora-

[1]) Hierzu treten aus dem Decanate Dobruschka: Lewin (3) und Czirmna (Tscherbenei) (5).

biliter annuamus. Dudum siquidem exposito felicis recordacionis Innocencio papae VI predecessori nostro, quod olim bone memorie Arnestus Archiepiscopus Pragensis fundator et dotator ejusdem Monasterii attendens, quod Monasterium ipsum propter paucitatem reddituum multa cogebatur incommoda sustinere, parrochialem ecclesiam ville Kostomalt Pragensis diocesis, in qua jus patronatus obtinebatis, prout obtinetis, cum omnibus juribus et pertinenciis suis de consensu dilectorum filiorum . . decani . . Scolastici et Capituli ecclesie Pragensis auctoritate ordinaria imperpetuum annexuerat et univerat, idem predecessor annexionem et unionem predictas ratas habens et gratas, eas per suas litteras ex certa sciencia auctoritate apostolica confirmavit supplendo omnem defectum, siquis forsan intervenisset in eisdem, prout in dictis litteris plenius continetur; cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra peticio continebat, vos dubitetis, predictas annexionem et unionem, que nondum sortite sunt effectum, fuisse per sedem apostolicam revocatas, pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut eandem parrochialem ecclesiam dicte ville, in qua, ut asseritis, temporale dominium obtinetis, vobis et eidem Monasterio vestro de novo unire et incorporare de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, parrochialem ecclesiam, cujus centum et viginti Marcharum argenti puri fructus, redditus et proventus secundum communem extimacionem valorem annuum, ut asseritis, non excedunt, cum omnibus juribus et pertinenciis suis auctoritate apostolica eidem vestro Monasterio incorporamus imperpetuum, annectimus et unimus ita, quod cedente vel decedente Rectore ipsius ecclesie, qui nunc est, vel ecclesiam ipsam alias quomodolibet dimittente, liceat vobis possessionem ejusdem ecclesie propria auctoritate apprehendere et perpetuo retinere, ordinarii loci et alterius cujuscunque licencia super hoc minime requisita, reservata tamen de fructibus, redditibus et proventibus ejusdem ecclesie pro perpetuo vicario in ea instituendo, domino perpetuo servituro, congrua portione per loci ordinarium assignanda, de qua ipse vicarius valeat congrue sustentari, Archiepiscopalia jura solvere et alia incumbencia sibi onera supportare. . . . . Datum Neapoli apud majorem ecclesiam Neapolitanam VI Kal. Marcii, Pontificatus nostri anno sexto.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. A. Nr. 2c mit Bleibulle an roth-gelber Seidenschnur.

1384, Mai 27. Glatz.

Daz Spital vnd dy armen leute darynne haben czu heben alle jar eine halbe mark erpliches czinses off Jacobs haus vnd hofstat von Ekartstorff des bekken gelegen in der Sweidlersgasse . . . . ken der Jüden schule übr. Actum a. d. 1384 feria VI ante pentecosten.

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Rathhausarchive zu Glatz.

1384, Juni 25. Burglein.

Bestätigung zweier von Karl IV. dem Kloster der Augustiner in Glatz gegebenen Privilegien durch König Wenzel.

Wenzeslaus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex Notum facimus tenore presencium universis, quod pro parte Religiosorum prepositi, conventus et canonicorum Regularium Monasterii sancte Marie Montis in Glacz devotorum nostrorum dilectorum Majestati nostre humiliter supplicatum existit, quatenus ipsis et dicto eorum monasterio infrascripta privilegia et omnia contenta in eisdem a divo quondam genitore nostro carissimo super fundacionem et dotacionem ipsorum tradita et concessa una cum bonis infrascriptis ipsorum terre tabulis annotatis villa videlicet Lonkam cum fortalicio, navigio, pisciwallo alias Sluppow, rippis, molendino, piscinis, pratis, pascuis, ortis, judicio et taberna ibidem, item in villa Brzon tres homines cum vinea et orto, item villam Chodum cum lacu, pleno jure et universis pertinenciis ac eciam infrascriptas villas eciam pro ipsorum usibus comparatas, in villa videlicet Westut octo sexagenas census annui cum aquarum decursibus, item in villa Krziwenicz octo sexagenas cum flumine Albee Lanris?, que volgariter Kri dicuntur, item in villa Dussnik prope Obrzistew duas marcas graves, item in Costomlad judicium cum taberna et pleno jure ac eciam cum universis eorundem pertinenciis prout eciam earundem possessionem legittimam, pacificam et realem habent, tenent et possident, approbare, ratificare, appropriare, justificare, incorporare et confirmare auctoritate regia graciosius dignaremur. Predictorum vero privilegiorum tenor primi talis est. Karolus ..... Si de omnipotentis dei gratuita etc. Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo jubileo, indictione tercia X° Kalendas Novembris, Regnorum nostrorum anno quarto.[1]) — — Secundi vero tenor sequitur in hec verba: Karolus ..... Notum facimus universis, quod quia religiosi prepositus etc. Datum

[1]) cf. S. 119.

Prage anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo indictione quinta, nonis Februarii, Regnorum nostrorum anno sexto.[1])

Nos itaque predictorum prepositi, conventus et canonicorum, qui flagranti studio et continuato devocionis amore cum fidei perfecta constancia sincerum ad nos et regnum nostrum Boemie semper gerunt affectum devotis supplicacionibus inclinati, ... predicta privilegia et omnia et singula contenta in eis, prout de verbo ad verbum presentibus sint inserta, in omnibus suis tenoribus, sentenciis, punctis, clausulis et articulis unacum predictis bonis singulis partim intabulatis et partim non intabulatis et per eosdem comparatis, prout eadem hactenus legittime possiderunt et possident, predictis preposito, conventui et canonicis monasterii memorati approbamus, ratificamus, appropriamus, invisceramus, incorporamus, annectimus et presentis scripti patrocinio regia benignitate de certa nostra sciencia confirmamus ..... Presencium sub regie notre Majestatis sigillo testimonio litterarum Datum in Burgleins anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, indiccione septima die XXV. Junii, Regnorum nostrorum anno Boemie XXI°, Romanorum vero VIII°.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. A. Nr. 4a. Angehängt an einem Pergamentstreifen das große Majestätssiegel in weißem Wachse.

1384, November 7. Glatz.

Vor dem Landrichter und den Schöppen zu Glatz verreicht Peter Trewtwin, Richter zu „Dorren-Kunczendorff" in und auf sein Gerichte zu Dürr-Kunzendorf eine Mark jährlichen Zinses guter Prager Groschen (64 für eine Mark zu rechnen) dem ehrwürdigen Priester Thomas, Altarherrn des Altares St. Bartholomäi in der Pfarrkirche zu Wünschelburg, und allen seinen Nachfolgern. Der Zins kann mit 10 schweren Mark Groschen abgelöst werden.

Gegeben noch gots geburth dreyczehen hunderth jar in dem vier vnd achtczigisten jare am Montage vor senthe Merthes tag.

Copie im ältesten Stadtbuche von Wünschelburg Fol. 172.

1385. Glatz.

Feria sexta post festum conversionis St. Pauli (27. Januar) electi sunt consules ex consensu domini marchionis Nicolaus Czigenwurgel, Jacob Liebstein, Nicol Stelmacher et Henil Weidmann. Item die eodem electi sunt scabini: Heinr.

[1]) cf. S. 130.

Reinolt, Hans Kursener, Herman Vogil, Johannes Czeterwange, Nicol Wölfelsdorf, Petrus Stumphener, Petrus Leupold et Peter Bauch.

Jacob Liebstein verreicht seinem Sohne Johannes (dessen Frau Dorothea, Matthias Daniels Tochter ist) 18 Ruthen Erbes, gelegen zwischen dem Freudenauer Erbe und Hermann Czeterwanges Erbe.

Erwähnung des Seelhauses zur Aufnahme armer Leute in der Nonnengasse.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch.

1385.

Der Rath zu Glatz verkauft dem Augustinerpropste Johannes II. ein Malzhaus daselbst.

Loses Blatt im Glatzer Pfarreiarchive unter Anführung des (anscheinend verlorenen) Originals sub litt. N. 7a.

1385, Juli 30.

Conrad v. Nymancz verkauft 3 Huben Lehnguts zu Scheibe bei Wünschelburg dem Vogt von Braunau.

Wir Fridrich von Czirchaw, Haubtman zu Glacz, vnd vnsers Herren des Marggrafen Mannen, die hernach geschrieben stehen, Wir bekennen, ... das vor vnser kegenwertigkeit kommen ist der Erber Conrad von Nymancz ..... vnd hatt verkauft Erblichen zu eynem rechten Erbe drey Hufen Lehengutts gelegen zur Scheibe bey Wunsselburgk dem Erbern Nicklos, Foyte zu Braunaw, vnd seinen geerben. ..... Zeugen: Nickel von Muschczin, Nicklos Czinbos, Jeschke Horschicz, Tyczke von Panewicz, Conradt von Muschezin, Otto von Malthwicz. Das ist geschehen nach Gottes geburth dreyzehen hunderth Jhar, darnach in deme funf und achtczegisten Jhar an dem Negsten Sontage nach Sente Jacobstage.

Aus einem Copialbuche des Glatzer Steueramts (Privilegia Nr. 10, collationirt 1613). S. 258.

1385, October 5. Glatz.

Conrad von Nimantz schenkt 1 Mark der Kirche in Reichenau.

Nos Fridericus de Czirchaw Capitaneus Glacensis scire cupimus universos praesentes et posteros praesentium notitiam habituros, quod in nostri et domini nostri pheodalium testium electorum ac subscriptorum constitutus praesentia strenuus et nobilis Conradus de Nimancz ..... ibique dedit et resignavit unam marcam gravem, sexaginta quatuor grossos pro marca computando, domino Petro plebano in Reichenaw perpetuo pro testamento, ut eo melius ecclesiae ibidem possit

praeesse, annis singulis percipiendam et pro sua necessitate habendam, videlicet mediam marcam in festo B. Michaelis Archangeli et mediam marcam in festo B. Walpurgis habendam et tollendam super hereditatem Kunczkonis in fine in inferiori Steinaw, qui cum suis successoribus marcam memoratam de eadem hereditate plebano in Reichenaw, qui pro tempore fuerit, dare et solvere debent, ut praescribitur, sine omni impedimento. Quod si non fieret, judex ibidem tunc sibi de sufficiente pignore debet de eadem hereditate providere; marca illa percepta plebanus in illa hereditate cum domino nihil agere habebit, sed Conradus de Nimancz cum suis pueris et successoribus suis illam marcam deservire cum ceteris suis bonis debet et tenetur et pro eo sibi illam annui census ibi deputavit, quia praesens praedictus plebanus in Reichenaw unam marcam censualem habuit in et super villam dictam Scheiba prope Wünschelburg, et illam marcam coram nobis in manus Conradi de Nimancz libere ac voluntarie resignavit, insuper etiam tali conditione adjecta, quod idem plebanus in Reichenaw, qui pro tempore fuerit, bis in anno, videlicet statim sequenti secunda feria post perceptionem census perpetualiter anniversarium domini Hartungi de Nimancz, uxoris suae Kunegundis cum parentibus suis et legittimis successoribus peragere debet cum vigiliis et missa defunctorum sub puritate suae fidei nullatenus obmittendo. Ne autem praefata donatio et ordinatio in irritum possit deduci, nos praesentem paginam sigilli nostri munitione roboravimus sigillorum nobilium Nicolai Czinebos, Rampelonis Ratuldi, Conradi de Musczim, Conradi de Panwitz, Theodorici de Panwitz, Othonis de Maltwitz. Datum in Glatz sub anno domini millesimo trecentesimo octogesimo quinto, feria quinta proxima post Michaelis.

Aus dem Decanatsbuche des Neätius v. J. 1560, Fol. 116 b. Glatzer Pfarreiarchiv.

1386. Glatz.

Novi consules creati der dominum capitaneum: Nicolaus Czipser, Johann Weidmann, Vincenz Koczcze, Matthias Liebstein. Scabini: Johann Homut, Michael Pfowe, Emmerich, Mertin Pabisch, Jacob Stogian, Nicol de Wartha, Peter Sch(n)eider und Georg (sutor?).

Erwähnung des Wasserthores und der Stege bei der Baderpforte.

Margaretha, Lukas und Paul Molstein besitzen die Wiesen zwischen der Viehweide und Henningsdorf.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch.

1386, Januar 23. Prag.

Data est crida Johanni de Panwicz clerico ad ecclesiam parrochialem in Reygensdorff [1]), per mortem domini Mathie vacantem, ad presentacionem strenui militis Wolfframi ibidem de Panwicz. Executor plebanus Glacensis.

Lib. conf. III et IV, p. 177.

1386, Februar 3. Prag.

Data est crida domino Johanni de Glacz dicto Czeterwang ad ecclesiam parrochialem in Stynow infima ad presentacionem Ulrici de Ottendorf per mortem domini Nicolai vacantem. Executor decanus Glacensis.

Lib. conf. III et IV, p. 178.

1386, Februar 26. Prag.

Data est crida domino Henrico, olim altariste S. Anne in ecclesia parrochiali in Swidnicz et plebano in Pertoldivilla, ad ecclesiam parrochialem in Hawelsswerd ex causa permutacionis cum domino Johanne de consensu Jodoci marchionis Moravie. Executor plebanus in Waltherivilla.

Lib. conf. III. et IV, p. 179.

1386, Mai 26. Prag.

Data est crida domino Martino, olim plebano in Neuwenrode, ad ecclesiam in Wlpertivilla ex causa permutacionis cum domino Petro pro ecclesia in Wlpertivilla, de consensu Wenczonis de Donyn. Executor plebanus in Slegelsdorff.

Anno, die, mense, quibus supra, data est crida domino Petro, olim plebano in Wlpertivilla, ad ecclesiam in Neuwenrode ex causa permutacionis cum domino Martino de consensu Wenczonis de Donyn. Executor plebanus in Slegeldorff est sibi deputatus.

Lib. conf. III et IV, p. 184.

1386, Mai 29. Prag.

Data est crida Blazconi clerico Olomucensis diocesis, elemosinario domini Jodoci, marchionis Moravie, ad ecclesiam parrochialem in Wunschelburg alias in Radcow Pragensis diocesis ad presentacionem ejusdem illustris principis per mortem d . . . . . vacantem. Executor decanus Glacensis.

Lib. conf. III et IV, p. 184.

[1]) Rengersdorf.

1386, Juni 18. Prag.

Cunsso de Trziebowel decretorum doctor et Przibislaus archidiaconus Horsoviensis, in ecclesia Pragensi vicarii in spiritualibus notum facimus, quod vacante nuper ecclesia parrochiali in Inferiori Stinavia per mortem domini Nicolai orta fuit inter Ulricum de Ottendorff et Johannem de Glacz in sacerdocio constitutum per ipsum presentatum ex una et Conradum Nymancz et Nicolaum dictum Jan suum presentatum parte ex altera super jure presentandi materia questionis. Tandem coram nobis summarie, ut moris est in beneficialibus causis, fuit servatis servandis processum et finaliter per nos pro paritate juris presentandi hinc inde exigente justicia judicatum. Et quia Johannes presentatus per Ulricum in sacerdocio constitutus nullum erat ecclesiasticum beneficium assecutus, alterque videlicet Nicolaus pro parte alia presentatus ecclesiam parrochialem obtinebat: idcirco dominus Johannes archiepiscopus Pragensis pro predicto Johanne de Glacz ecclesiastico beneficio carente gratificavit et munus sibi confirmacionis impendit ac ipsum de dicta ecclesia investivit, curam sibi et regimen animarum cum administracione spiritualium et temporalium in dei nomine committendo.

Lib. conf. III et IV, p. 185—186.

1386, August 1. Prag.

Data est crida domino Nicolao, olim plebano ecclesie Lawdaw Wratislaviensis diocesis, ex causa permutacionis cum domino Henrico ad ecclesiam in Landeck, de consensu domini Jodoci, marchionis Moravie. Executor decanus Glacensis.

Lib. conf. III et IV, p. 187.

1386, November 25. Glatz.

Johannes, Erzbiſchof von Prag, gewährt unter den üblichen Bedingungen den Beſuchern der Glatzer Auguſtinerkirche, den daſelbſt Betenden ꝛc. einen Ablaß von 40 Tagen.

Johannes, dei gracia sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopus et Apostolice sedis legatus, ... omnibus vere penitentibus, confessis et contritis, qui Monasterium Montis sancte Marie in Glacz visitacionis devocionisque causa accesserit seu accesserint, seu beneficium quodcumque a manu, lingua vel obsequio impenderint, XL, qui vero sermoni ibidem interfuerint, totidem, qui autem antiphonas „Salve Regina“ vel „Regina celi“ mane intra missam virginis Marie cantaverit vel interfuerit silens XL, qui vero predictis anthiphonis post completorium interfuerit, totidem, illis quoque, qui misse, que mane de virgine benedicta legitur, interfuerint XL, Eis autem, qui sabbatis vel infra ebdomadem diebus, quando missa de domina pro summa tenetur, intererunt totidem, Pacem vero infra vel post missas recipientibus pro qualibet vice XL, pro pace orantibus XL, Lingnum sancte crucis vel reliquie unius sancti vel plurimorum cum exposite fuerint, oracionem dominicam vel quinque Ave Maria dicentibus ante easdem XL, Coram Veronica majori oracionem dominicam vel quinque Ave Maria dicentibus XL, Coram tabula majoris altaris, cum aperta fuerit, oracionem dominicam vel quinque Ave Maria dicentibus, pro qualibet vice XL, Qui vero ante majus altare seu aliorum videlicet Corporis Christi, Apostolorum, Patriarcharum et Prophetarum, Martirum, Confessorum, Virginum et Viduarum necnon et omnium Sanctorum oracionem dominicam vel quinque Ave Maria dixerit, de quolibet altari XL, Coram ymagine depicta seu sculpta Crucifixi vel Marie Virginis matris benedicte oracionem dominicam vel quinque Ave Maria dicentibus de qualibet XL, Qui autem oracionem, que sic incipit „O veri luciferi luminare“ etc., dixerit silens XL, Qui collectam „Concede nos famulos“ vel aliam silens de dei genitrice in missa imposuerit vel de sancta Katherina seu de sancto Augustino, de qualibet XL, Qui vero clausulam „Et famulum tuum“ etc. in matutino, Missa et in vesperis adjunxerit, pro qualibet vice XL, Qui pro domino Rege oraverit XL, Pro domino Archiepiscopo XL, Mane vero sive vespere, cum ad Ave Maria pulsatum fuerit, flectentibus ac Ave Maria dicentibus pro qualibet vice XL, Qui pro omnibus fidelibus defunctis oraverit XL, Qui pro domino Arnesto monasterii predicti fundatore preces ad dominum fuderit XL, Pro domino Karolo imperatore totidem, Item pro domino Johanne Cardinali patruo nostro XL, Item pro domino Paulo patre nostro similiter XL, Corpus domini nostri Jesu Christi intuentibus XL, Benedictionem sacerdotalem expectantibus totidem, Item qui corpus dominicum, quum ad infirmum seu infirmos deportatur et deportabitur, conduxerit, de omnipotentis dei misericordia, Marie Virginis benedicte matris et beatissimorum Apostolorum Petri et Pauli, Sanctissimorumque martirum Viti, Wenceslai atque Adalberti patronorum nostrorum meritis et intercessione confisi, XL dies Indulgencias de iniunctis eis penitenciis in domino misericorditer relaxamus has perpetuis

futuris temporibus valituras ..... Datum in Glacz, loco quo supra. Anno domini M° CCC° LXXXVI die sancte Katherine virginis et martiris gloriose.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. A. Nr. 6 b. Angehängt ist mittelst Pergamentstreifen das kleinere Siegel des Prager Erzbischofs in rothem Wachse.

1387.

Dize schrift bewert, daz di stat, .. Scheppfen, eldsten vnd hantwerkmeister czu rote zint worden alzo, daz man bedocht vnd angesehen getrewe dinste Sekkils, di her der stat lange getan hot, vnd haben ym geben vnde gemacht, daz her in dem Spital zol wonen vnd bleiben vnd zol dorynne essen mit dem meister aus zeiner schussil bis an zein ende; auch zol ym Sekkil losen genügen, was daz haus gehaben mak, vnd zol gehorsam zein dem Spitalmeister.

Gebrauch des Titels „Burgermeister".

Pergamentenes Fundationszinsbuch im Glatzer Rathhausarchiv.

1387. Glatz.

Meister Günther der Arzt verreicht ½ Mark den Schwestern im Seelhause, das Agnit Tunwälder gestiftet hat, gelegen in der Nonnengasse.

Scabini: Jacob Czeterwange, Nicolaus Czipser, Hans Seidel, Hanus Bochdal, Joh. Til, Henil Pilawer, Peter Sluchmann, Osprant, Hanus Banau, Niclos Blumil, Heinrich Closil, Hans Lompnitz.

Erwähnung der armen Schwestern in dem Seelhause auf der Nonnengasse zunächst der Mauer an dem Ende.

Matthis Liwstein besitzt ein Vorwerk zu Freudenau.

Der edle Colda von Zantpach oder von Czirnicowicz wird vor Juden und Christen seiner Bürgschaft für Herrn Jescon Ryl ledig gelassen.

Aeltestes Stadtbuch von Glatz (nach einem im Breslauer Staatsarchiv befindlichen Auszuge).

1387, Januar 5. Brieg.

Vor dem Rathe einigt sich Emerich von Glatz Namens der Kinder seines Bruders wegen des Gerichtes in Hermannsdorf.

Brieger Stadtbuch I, 96 b. Cod. dipl. Silesiae tom. VIII, Regeste 490, S. 70.

1387. Mai 3.

Die von Pannewitz geloben und versprechen, den Markgrafen Jodocus und Procopus zu Mähren aus ihrer Burg Landsfried keinen Schaden zuzufügen.

Ich Friedrich von Czirchow, Haubtmann zu Gloze, und

meines herrn des Marggrauen Mann, die hernach geschriben steen, Bekennen alle offendlichen mit diesem gegenwertigen Briefe und thun kundt allen den, die diesen Brieff sehen, hören oder lesen, dass für vnss kumben sindt die Erbarn Otten von Panewitz, Nickel von Panewitz, Tytzke, Hans und Deicheid Gebruder, Herrn Tyzhen Söne von Panewitz, Hans und Nickel Thamen, Söne von Panewitz ..... und haben sich verlobet und verwillet gegen den Allerdurchleuchtigsten Fürsten und herrn herrn Jost, Marggraf und herrn zu Merhern, und zu herrn Marggrauen Procops henden, unsers herrn Bruder, dass Sie Ir hauss, den Landes-Friede, vorbas mehr behüten und waren sollen bey Leibe und bey Gute, also dass vnsern herrn den Marggrauen und dem Lande zu Glaz kein Schade fürbas mer dauon geschehe, und in der Masse haben Sie alle Ire Guter, die Sie haben zu Glaz in dem Lande vorreicht und verlanget zu des Allerdurchleuchtigsten Fürsten und herrn, herrn Jost, Marggraue und herrn zu Merhern, und zu herrn Marggraff Procops Händen; und ob Sie des nicht theten, dass das hauss bei In verwarlost würde, so sollen Sie Leibes und Gutes verfallen sein dem mergenandtem vnserm gnedigen herrn, dem Marggrauen, oder wem Er das empfelet, also dass vnser herr, der Marggraff, mit In und mit allen Iren Gütern zu Glaz im Lande mag thun und lassen von In und von allen Iren Kindern und Nachkommben vngehindert, und haben das globt vor Sich und alle Ire Nachkomling keine Nachrede darinne czu haben in keine Weiss; und wenn Sie das hauss verkauffen mit vnsers herrn des Marggrauen Willen, dem vnser gnediger herr das hauss reichte, so sullen Sie der Glubde ledig und loss sein. Das zu Gezeugnüsse und zu guter Gewissen habe ich Friedrich v. Czirchav, Haubtmann zu Glaz, mein Jnnsiegel an diesen Brieff gehangen; die darüber zu Gezeuge gehören, sind, die hernach stehen geschrieben: Herr Dittrich, Herr Kilian, Gebruder v. Hugwiz, Niclas Czimbos, Nikel von Muschzin, Rempil Ratold und Conrad v. Nymanz. Das ist geschehen nach GOttes Geburt, dreizehn hundert Jar, darnach in dem sieben und achtzigsten Jare des freytags an des heiligen Creutzes Tag, als das funden wardt.

Aus Lünings, Cod. Germaniae dipl. Frankfurt u. Leipzig. 1733. II, S. 15 u. 16.

1387, September 20. Prag.

Data est crida domino Johanni, olim plebano ecclesie in Bertholdisdorff Wratislaviensis diocesis, ad ecclesiam in Ul-

ricivilla ex causa permutacionis cum domino Johanne vacantem, de consensu Nicolai de Knoblauchstor[f], Johannis dicti Jasse de Czesschwicz. Executor plebanus in Heinczsdorff.

Lib. conf. III et IV, p. 195—96.

1388.

Ein jeder Pfarrherr zu Reichenau hat auf einer Ueberschaar eines Erbes, gelegen gegenüber der Kirche, wo man nach Wernersdorf geht linker Hand und auf dem „Bagwerck" zu Reichenau eine halbe Mark erblichen Zinses. Herr Jacob, Pfarrer zu Eckarsdorf, hat diesen Zins gegeben, damit ein jeglicher Pfarrer zu Reichenau für seine Seele beten soll.

Dekanatsbuch des Neätius von 1560, S. 116 (Glatzer Pfarreiarchiv).

1388. Glatz.

Peter Kreisewitz, Pietanziennmeister des Hauses zu Glatz, verkauft mit Willen des Hauses 3 Mark Zinsen.

Else Welerin verreicht ihre Hofstat nach ihrem Ableben in den Kreuzhof zu den Pietancien.

Scabini: Frenzel Fokkus, Nicolaus Heidenreich, Henil Herwst, Peter Stumphener, Rzehak, Nicolaus Weidmann, Niclos Leupolt, Merten Feustil, Nicol Gremil, Jacop Bemischmann, Peter Czimerman, Johannes Lywstein (feria prima ante festum St. Viti).

Wenzeslaus Tifensee verkauft und verreicht den armen Schwestern in dem Seelhause in der Nonnengasse zunächst der Mauer wöchentlich für 1 Groschen Brot. — Siechenhaus und Siechenbrücke — Gerbergasse. — Das Seelhaus in der Nonnengasse, das andere von der Mauer, wo Herman Czeterwange Pfleger ist — Das Seelhaus, genannt des Cunwälders Seelhaus.

Aeltestes Glatzer Stadtbuch.

1388, Februar 3. Prag.

Data est crida religioso viro fratri Mathie de Lemberg ad ecclesiam parochialem in Glacz ad presentacionem domini Semoviti ducis Thesinensis, prioris generalis per Boemiam ordinis S. Johannis Jerosolimitani, per resignacionem fratris Nicolai Stengel vacantem. Executor decanus Glacensis.

Lib. conf. III et IV, p. 197.

1388, Februar 24. Prag.

Data est crida Johanni Darman clerico Prag. dioc. ad ecclesiam in Elbyrsdorff? (Ebersdorf) per mortem domini

Martini ipsius ecclesie rectoris vac., ad presentacionem famosi Johannis de Glawbis clientis de Elbyrsdorff dicte patroni.

Lib. conf. V, p. 501.

1388, Juni 14. Glatz.

Hans von der Bele und seine Frau verkaufen den Augustinern in Glatz das Gut Neudeck und das Dorf Widereck.

Wir Steffan Poduschke Hewptmann vonn kuniglicher gewalt zu Glatz vnd die man des weychbyldes daselbs zu Glatz, die hiernach geschriebenn stehen, bekennen offentlichen, ... das fur vns komen ist der erber knecht Hans von der Bele ..... vnnd hat bekant, das her rechtlichenn vnd redlichen verkafft habe ewigklichenn vnnd zu ein rechten erbkaff denn fromen vnnd ynnygenn lewten herrn Johannesen, proboste des Thumbs auff vnser frawenn Berge zu Glatz, herrnn Petern dem priori vnd der gantzen samlunge vnd allen yhren nachkomenden vnnd mitbrüdern dasselbs ..... das gutt vnnd forberg Neydek genandt vnd das Dorff Widerecke genandt yn dem weychbild zu Glatz gelegenn mit allem desselben forbricks vnnd auch des Dorffes zugeherung ..... Auch ist fur vns komen die Erbere fraw Elsze, desselben Hans von der Bele eheliche Hausfraw...., die yhr leybgeding off denn ehegenanten guttern Neydeck vnd Widereck vnnd auff yrenn zugeherungen gehabt hat, vnd hat das selbige yhr leybgeding ..... mit gutten willen vnd gunst yrer formynden Niclosses Schedels vonn Knoblochsdorff vnnd Conrads vom Niemands mit Hansen von der Bele dem obgenanten yhrem eheman yn vnsere hend nemlichen des obgenantenn hewptmans Steffann Poduschke willicklichen auffgelassenn zu dem ehe genanten kauff; vnnd zu der selbigenn willichen aufflösung habe wir obgenanter Steffan Poduschke vnsere willen vnnd gutte gunst gethan vnd gegeben ..... Zeugen: Nikel von Panowicz, Titze von Panowitz, Niklos Czenepus, Rampel Radolth, Peter vnd Bernhart gebruder von Podnietin. Geschehen vnnd gegeben zu Glatz nach christi gepurt Dreytzenhundert yar, darnach yn dem Acht vnd achtzigstenn yar an dem nehestenn Sontage fur sendt Witi tage des heyliges merterer.

Copie im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. L. Nr. 6a. Collat. Abschrift in „Urkunden und Dokumente der Güter der Grafschaft Glatz Nr. 3" (1613) im Glatzer Steueramte, S. 119.

1388, Juni 19. Prag.

Data est crida Georgio, olim plebano ecclesie in Billungisdorff, ad ecclesiam in Tolmeczindorff (Tuntschendorf) ex

causa permutacionis cum domino Nicolao de consensu Jeskonis Horczicze. Executor plebanus in Radkow (Wünschelburg).

Lib. conf. III et IV, p. 201.

1388, Juli 2. Prag.

König Wenceslaus bestätigt der Stadt Glatz die früher erhaltenen Privilegien:

1) von 1341, daß die Rathssatzungen unverbrüchlich gehalten werden sollen (cf. pag. 69),
2) von 1343 betreffend Verfolgung der Räuber (cf. pag. 77),
3) von 1334 betreffend die Fischerei in der Neisse und Weistritz (cf. pag. 56),
4) von 1343, daß die Richter und Scholzen nur in Glatz vor Gericht gefordert werden sollen (cf. pag. 78).

Geben zu Prage nach des herrn Geburt tausend dreihundert und im acht und achtzigsten Jahre denn nesten Donnerstag nach Petri und Pauli der heiligen Aposteln, unserer Reiche aber des Behmischen im sechs und zwanzigsten, des Romischen im zwölften Jare.

Privilegienbuch Nr. 2 im Glatzer Rathhausarchiv Fol. 26 u. f. (woselbst auch eine lateinische Copie dieses Briefes).

1388, Juli 2. Burgleins.

König Wenzel bestätigt den Augustinern zu Glatz den Kauf des Gutes Neudeck.

Wenceslaus, dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex notum facimus tenore presencium universis quod ..... honorabilium et Religiosorum Prepositi et Canonicorum Conventus Monasterii Montis sancte Marie in Glacz Canonicorum Regularium, devotorum nostrorum dilectorum, oblata nobis peticio continebat, quatenus, cum ipsi allodium seu Curiam Neudeck dictum cum villa Widereck prope eandem curiam constituta, quibus certa servicia hucusque tanquam Rex Behemie dignoscimur habuisse ....., a Johanne de Bela, fideli nostro dilecto, rite comparaverint pro certa pecunie quantitate, ... prefata bona a serviciis hujusmodi absolvere ac eciam liberare, nec non empcioni huiusmodi consensum et assensum Regium adhibere ac eciam eadem bona dictis preposito, Canonicis et Conventvi Monasterii montis Sancte Marie Glacensis canonicorum Regularium in perpetuum appropriare, inviscerare, unire et annectere graciosius dignaremur, Nos igitur ..... prefata bona videlicet Neudeck curiam cum villa Widereck et universis

ipsorum pertinenciis, per ipsos comparata, ab omni servicio nobis et successoribus nostris Bohemie Regibus in ipsis bonis quomodolibet competenti, liberaliter absolvimus et penitus libertamus, nec non eciam empcioni eorundem bonorum auctoritate Regia Boemie consentientes et annuentes benignius, prefata bona cum universis ipsorum pertinenciis dictis prepposito, canonicis, conventui et Monasterio Montis sancte Marie Glacensis applicavimus, appropriavimus, invisceravimus et univimus, applicamus, appropriamus, invisceramus de certa nostra sciencia realiter et unimus, decernentes et expresse volentes, quod prepositus, Canonici et Conventus Monasterii prefati bona hujusmodi habere, tenere, utifrui et ad instar aliorum bonorum sui Monasterii libertate ecclesiastica in perpetuum possidere debeant ..... Presencium sub Regie nostre Majestatis sigillo testimonio litterarum datum in Burgleins anno domini Millesimo trecentesimo octuagesimo octavo die secunda Julii Regnorum nostrorum anno Boemie XXVI, Romanorum vero XII.

Nach einer 1613 kollationirten Copie in einem Volumen des Glatzer Steueramts: Urkunden und Dokumente über die Güter der Grafschaft Glatz Nr. 3, S. 122.

1388, Juli 10.

Verkauf einer Mark Zinses in Neudeck und „Wedireck“ seitens der Minoriten an die Augustiner.

Nos frater Georgius gwardianus, frater Wenceslaus vicegwardianus, frater Nicolaus sacristanus, frater Georgius et frater Martinus predicatores necnon ceteri fratres professi monasterii sancte Marie in Glacz ordinis beati Francisci, ad universorum noticiam deducimus per presentes, quod cum monasterii nostri necessitate et utilitate requirentibus capitulariter cepissemus tractare de alienacione census annui unius marce, LXIIII grossos pro marca computando, quam in, de et super villa Wedirecke et allodio sibi adiecto Nydek districtus Glacensis ab honesto quondam Ottone de Glubus, eiusdem ville domino, rite et racionabiliter comparatam in certis persolvendam terminis habuisse dinoscimur, prout in litteris autenticis desuper confectis plenissime continetur, tandem nobis in unum convenientibus, presertim cum dicta marca sub reempcionis titulo a nobis comparata extiterit, diligentibus tractatu et deliberacione prehabitis vendidimus et vendidisse presentibus publice profitemur pro decem marcis grossorum similium predictorum, quibus mediantibus predicti monasterii nostri urgentes necessitates instaurari procuravimus, honorabilibus et religiosis viris dominis Johanni pre-

posito, Petro priori ceterisque fratribus monasterii montis sancte Marie ibidem in Glacz Canonicorum regularium ordinis sancti Augustini, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint quique dicta bona videlicet villam Wedirecke cum allodio Nydek sibi contiguo justis empcionis et vendicionis intervenientibus titulis compararunt, absolventes eos a solucione, prestacione et dacione predicti census unius marce ipsosque quitos et solutos presentibus declaramus, renunciantes insuper omnibus litteris, munimentis, instrumentis et aliis omnibus juris auxiliis, que nobis quoad repeticionem prefate marce possent quomodolibet suffragari. Datum anno domini Millesimo CCCmo LXXXVIII° feria sexta infra octavas beati Procopii confessoris. In cujus rei testimonium .. Gwardiani et .. conventus sigillorum appensione fecimus communiri.

Orig. Perg. im Glatzer Pfarreiarchive sub litt. T. Nr. 30 mit 2 an Pergamentstreifen hängenden beschädigten Siegeln in grünem Wachs.

1388, October 2. Glatz.

Stephan Poduschka, Hauptmann zu Glatz, genehmigt den Verkauf von fünf Huben Lehnguts (beim Gerichte) und des fünften Theils der Fischerei in dem Dorfe Ysenrichdorf (Eisersdorf) seitens des Hannus von Panewicz an den Hannus von der Bele zu erblichem Besitze.

Zeugen: Wolfram v. Panewicz, Michel v. Panewicz, Niclos Czenebus, Rempil Ratold, Hannus und Heinrich v. Knoblochsdorf.

Gegeben zu Glatz an dem nechsten Freitage nach St. Michelstag nach Christi Geburt tausend dreihundert Jahr in dem achten und achtzigsten.

Vidimirte Copie im Glatzer Pfarreiarchiv sub litt. K. Nr. 2b.

1388, December 15.

Einigung zwischen der Stadt Glatz und den Panewitzern auf dem Landfried.

Wir Steffan Poduska, Hauptman czu Glocz, mit vnsers herren man: hern Otton von Mittelwalde, von Glubus genannt, Niklos Cinebus vnd mit vnsers Herren Burger Herman Czetherwange, Niklos Heidenrich bekennen offenlich allen, dy dizen Briff zehen adr horen lezen, daz wir mit willen beider teile vnd mit rate vnsers Herren manne, der richter und der stete eine gancze berichtunge gemacht und gesprochen han vme allen krik, der czwisschen der stat vnd Burgern czu Glocz vnd den Panewiczern, wy di genant zint, di czu dem landiffride gehoeren, gewest ist, daz zi gute freunt an ark worden zint vnd zullen des krigs kegen einander nymmer gedenken noch verheben; donoch haben wir

